<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge:* in sacco communium cartarum

207.

Lucca, 29 Maggio 1046.

A. MLVI, IV kal. iun., ind. XIV. Manifestu sum ego Balduino cl. f. b. m. Sisemumdi, quia vos Iohannes archipresb. et Salamone presb. et primicerio adque Iohannes presb. et cantor seo Vuido archid. chanonici de etecl. S. Martini Luc., una per consensum de alis chanonici, per cartula livell. nom. ad cemsu perexsolv. dedisti mihi vestra portionem de quinque petiis de terris

in l. et fin. Saltucclo, prope Chamagiani, pertinentes suprascripte chanoniche; una, tenentes: uno capo cum uno lato in via plubica, alio capo in terra regi, alio lato in terra qd. Boniti et in terra qui detinet Bonio da Riulo; secunda, tenentes: uno capo cum uno lato in via plubica, alio capo cum alio lato in terra qd. Rodolfi comes; tertia, d. Piscinule, tenentes: uno capo in via plubica, alio in terra Teuti da Pectule, lato uno in rivo, alio in via et in terra qd. Rodolfi comes; quarta, in ipso l., tenentes: uno capo in via, alio in terra Donati et de consortibus suis, lato uno in terra Venerandi et de consortibus suis, alio in terra S. Martini; quinta, d. Ragnatico, tenentes: uno capo cum uno lato in via plubica, alio capo in terra, qui fuit Lei iudex, alio lato in via plubica et in terra Acti et de consortibus suis. De as quinque petiis, quot sun canporas, quot sunt inter totas ad pert. mensuratas mod. vi et sist. iv, conpeti vobis medietatem. Mihi eas dediste, ut in mea vel de meis eredibus sin potestaten eas abendi et usunfructuandi. Vobis vel a supcessoribus vestris per onnem mense apr. redere debeamus ad pars chanonicha vestra, arg. den. numero sol. v de moneta de Luca, xii den. per singulo sol. rationatos. Pena: arg. sol. cc. Duo libelli. Act. Luca. Balduino cl. ss. Iohannes iudex imp. ss. S. m. Liuti f. b. m. Boniti t. S. m. Bonafide f. b. m. Vuidi t. Vuido not. imp.<sup>1</sup>

*Originale: R. 40; Regestum A, c. 8.*

<sup>1</sup> *Il Reg. A aggiunge: Nota, quod tantum de portione Actii predicti (cf. il reg. n. 200) et uxoris eius libellum est datum ipsi Balduino, que fuit medietas de sex modior. et star. III, quia quando predictum libellum datum fuit Balduino, nondum Bonfiliius predictus (cf. il reg. n. 269) neque Georgius supradictus (cf. il reg. n. 268) neque Albana predicta (cf. il reg. n. 208) obtulerant suas portiones de alia medietate. Ideo credo quod de alia medietate recipiamus blavam a Petro qd. Sabbatini, que non fuit per libellum data predicto Balduino. Pro Balduino Paganus qd. Henrici iudicis, pro uxore sua scilicet Adalascia, pro quo Labro, pro quo Paganellus filius eius de Porta S. Petri. Cf. il reg. seguente.*

208.

30 Maggio 1046.

« Offersio ab Albana f. Ceci, consensu ff. suorum, scilicet Bonfilii et Atthi et G(e)orgi, de sua portione de quinque petiis in Saltochio, de quibus competeat eidem de medietate<sup>1</sup> de tribus portionibus quarta portio, q. sunt in l. et fin. Saltocchii prope Camagiani. Quarum prima tenet: caput cum latere uno in via publica, alterum caput in terra domni regis, alterum latus in terra Bonithi qd. viri sui et in terra sua, quam sibi reservavit, et in terra quam detinebat Bonitho da Riolo; secunda petia detinet: caput cum uno latere in via publica et alterum caput cum latere in terra q. fuit Rodulfi comitis; tertia, d. Piscinule, tenet: caput in via publica, alterum caput in terra Teuthi da Putule,<sup>2</sup> latus in

rio, alterum latus in terra predicti Rodolfi; quarta in ipso l. Piscinule, q. tenet: caput in via, alterum in terra Donati et consortium, latus in terra Venerandi et consortium, alterum in terra predicti S. Martini; quinta, d. Rognatico, q. tenet: caput cum<sup>3</sup> uno<sup>4</sup> latere in via publica,<sup>5</sup> alterum caput in terra q. fuit Lei iudicis, alterum latus similiter in via publica et in terra suprascripti Atthi et consortium, et in terra quam sibi reservavit; que petie inter totas sunt modiora tria. A. Domini MXLVI, tertio kal. iunii ».

*Regestum A, c. 7 v. Cf. i regesti nn. 200, 201, 207, 268, 269.*

<sup>1</sup> de medietate fu aggiunto nel margine. <sup>2</sup> Corretto da Potule <sup>3</sup> Segue utroque espunto. <sup>4</sup> uno è scritto nell' interlineo. <sup>5</sup> Corretto da publicis

209.

*Lucca, 1 Settembre 1046.*

« Libellum antiquum datum Ildebrando et Raineri, q. Massarello v., et Rolando, q. Attunello v., et Berolfo, q. Pencio v., gg. qd. Fralmi de tribus cultris et dimidio u. d. Canfurnile vel al Fornile<sup>1</sup> prope eccl. S. Andree; q. tenet: caput in via publica, alterum in monte seu sterpeto S. Martini, latus in fossa, alterum latus in terra S. Pantaleonis et in terra Bonacci et aliorum ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 46 v; Regestum B, c. 63.*

<sup>1</sup> *La rubrica dice:* De terra in Scopicio u. d. al Fornile. <sup>2</sup> *Il Reg. A aggiunge:* Quam terram, ut credo, Pencius predictus vendidit Guillelmo qd. Homodei, et Guilielmus iudicavit nobis; quam tenent illi dal Prato modo, de qua reddebant sol. III eccl. S. Martini predictus Ildebrandus cum fratribus suis. *Nel margine, di contro ai nomi* Ildebrando, Raineri, Rolando, Berolfo *da mano cocca:* Isti fuerunt Lombardi de Vaccule. *Il Reg. B:* Ildebrandus, Rainerius, Massarelius et Actinellus gg. ff. qd. Fralmi reddere tenentur annuatim Luc. capitulo den. triginta sex de una petia terre, q. est campus in l. et fin. Vaccule. *Manu Ley not.* M<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, ipsa die kal. septembris.

210.

*Lucca, 13 Settembre 1046.*

A. MXLVI, id. sept., imd. xv. Ego Leo presb. f. b. m. Stefani per hanc cartula livell. nom. a cemsu perexsolvo dare videor vobis Benedicto f. b. m. Teuti, q. fuit monaco, adque<sup>1</sup> Saracino v., f. b. m. Ilditi seo Beneimeasa f. b. m. Dominichi, q. fuit monacho, medietatem de duo casinis<sup>2</sup> et rebus massariis in l. et fin. Quiesa u. d. Cerbaiola, quas sunt pertinentibus kanoniche de eccl. piscopatui S. Martini Luc. Una casina e res regitur per Albitio Niccio; alia per Bonitio, massarii. Dare videor, ut in vestra vel de vestris heredibus sin potestatem suprascripta medietatem cum pertinentiis eas abendi et usumfructuandi. Mihi vel ad subcesoribus meis per honnen mense ian. rendere debeatis, hic civ.

Luca, arg. den. LI de moneta de Luca. Pena: arg. libr. v. Duo libelli. Act. Luca. Leo presb. et kan. ss. Arduinus not. imp. t. ss. Tactio t. ss. S. m. Bonaldi f. b. m. Chuniti t. Alboni not. imp.

*Originale*: L. 122; *Regestum B*, c. 83 v. *Cf. i quattro regesti seguenti.*

<sup>1</sup> adque è scritto su rasura. Forse la prima scrittura diceva: Adam, que ecc., cf. il reg. seguente. <sup>2</sup> casinis è scritto su rasura, corretto da casis

211.

Lucca, 13 Settembre 1046.

A. MXLVI, id. sept., ind. xv. Manifesti sumus nos Benedicto f. b. m. Teuti, q. fuit monaco, et Adam, que Saracino (v.), f. b. m. Ilditi seo Beneimcasa f. b. m. Dominichi, q. fuit monaco, quia tu Leo presb. f. b. m. Stefani per cartula livell. nom. et censum perexsolv. dedisti nobis medietatem de duo casis et rebus massariciis, quas abis in l. et fin. Quiesa u. d. Cerbaiola, quas sunt pertinentibus kanoniche de eccl. episcopatu S. Martini Luc. Una casa et res regitur per Albitio Niccio, alia per Bonitio massarii. Dedisti, ut in nostra vel de nostris heredibus sim potestatem suprascripta medietatem cun suorum pertinentiis eas abemdi et usumfructuandi.<sup>1</sup> Tibi vel ad subcessoribus tuis per onnem mense ian. rendere debeamus, hic civ. Luca, arg. den. LI de moneta de Luca. Pena: arg. libr. v. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Benedicti. Adam ss. Salamone in unc libello a nos factu ss. Arduinus not. imp. t. ss. Tactio t. ss. S. m. Bonaldi f. b. m. Chuniti t. Albo(ni) not. imp.

*Originale*: L. 132. *Cf. il reg. precedente e i tre seguenti.*

<sup>1</sup> L'orig. ha usumfructumandi

212.

Lucca, 13 Settembre 1046.

A. MXLVI, id. sept., ind. xv. Ego Leo presb. et kanonico de eccl. et domum S. Martini Luc. per hanc cartula livell. nom. ad censum etpexsolv. dare videor tibi Fridiano, que Villano v., f. b. m. Tadi medietatem de duo cassini<sup>1</sup> et rebus massaricis in l. et fin. Quesa u. d. Cerbaiola, pertinemes de suprascripta eccl., quas Albitio, que d. Niccio, et Bonitio massarii ad lab. abere videtur. Dare videor, ut im tua vel de tuis eredibus sim potestatem eas abemdi et usumfructuamdi. Mihi vel a subcessoribus meis per omnem mense ian. remdere debeatis, hic civ. Luca, arig. den. de moneta de Luca LI. Pena: arig. sol. c. Duo libelli. Act. Luca. Leo presb. et kan. ss. Tactio t. ss. Adam t. ss. Alboni not. imp. t. ss. Arduinus not. imp.

*Originale*: R. 17; *Regestum B*, c. 83 v. *Cf. i due regesti precedenti e i due seguenti.*

<sup>1</sup> cassini è scritto su rasura, e pare corretto da casis



213.

*Lucca, 13 Settembre 1046.*

A. MXLVI, id. sept., ind. xv. Manifestu sum ego Fridiano, que Villano v., f. b. m. Tadi, quia tu Leo presb. kanonicho de eccl. S. Martini Luc. per cartula livell. nom. ad cemsu etp-  
 rexolv. dedisti mihi medietatem de duo cassinis et res massari-  
 ciis in l. et fin. Quiesa u. d. Cerbaiola.<sup>1</sup> Dedisti, ut im mea vel  
 de meis erediibus sim potestatem eas abemdi et usumfructuamdi.  
 Tibi vel ad subcessoribus tuis per omnem mense ian. remdere de-  
 beamus, hic civ. Luca, arig. den. de moneta de Luca LI. Pena:  
 arig. sol. c. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Fridiani.<sup>1</sup>

*Originale: L. 139.*

<sup>1</sup> *Segue come il reg. precedente. Cf. anche i regesti nn. 210, 211, 214.*

214.

*Lucca, 13 Settembre 1046.*

A. MXLVI, id. sept., ind. xv. Ego Fridiano, que Villano  
 v., f. b. m. Tadi, quia tu Leo presb. f. b. m. Stefani dedisti mihi  
 meritum sigello uno, per hanc painam repromito tibi, ut si Adam,  
 que Saracino v., f. b. m. Ilditi et Benedicto f. b. m. Teuti, q.  
 fuit monacus, et Benemcasa f. b. m. Dominichi, q. fuit monacus,  
 non observaverint illo libello, qui tu fecisti et misisti in eorum  
 personis de medietate de duo casinis et res massariis im l. et  
 fin. Quiesa u. d. Cerbaiola, quas Albitio, que d. Niccio, et Bonitio  
 massari ad lab. detinent, et si suprascripto Adam et Benedicto et  
 Benemcasa omnes annos im mense aug., tibi aut ad tuo subces-  
 sores non dederi star. vi de grano et vi de fave et vi imter milio  
 et panicho bono siccho, ad stario quartino iusto vemditorio, quod  
 ego neque meos eredes tibi neque ad tuo subcessores suprascripta  
 medietatem cum suarum pertinentiis et iacentiis tibi neque ad tuo  
 subcessores tollere neque contradicere non abemus ad tuam dam-  
 nietatem; et si ego vel meos eredes aut meis hominibus de supra-  
 scripta medietatem damnietatem fecerimus et nobis adexire fece-  
 ritis, quod ego vel meos heredes infra dies xv, qui nobis adscire  
 feceritis, tibi aut ad tuo subcessores ipso damno emendare abeo,  
 si vos recipere volueritis. Pena: arig. libr. III. Act. Luca. S. m.  
 Fridiani. Tactio t. ss. Adam t. ss. Andreas not. imp. t. ss. Ar-  
 duinus not. imp.

*Originale: L. 126; Regestum B, c. 83 v. Cf. i quattro regesti precedenti.*

215.

*Lucca, 25 Novembre 1046.*

A. MXLVI, VII kal. dec., ind. xv. Ego Riffridi, q. Ghe-  
 ctio v., f. b. m. Lei, quia vos Vuido archid. et Salomon presb. et  
 primicerio et Iohannes anchipresb. et Iohannes presb. et cantor,  
 ordinati in eccl. et kanonika S. Martini episcopatu Luc., dedisti

michi meritum tu Vuido archid. pro te et pro personis suprascrip-  
torumdem Salomoni etc. sigello uno de arg., per hanc paginam  
repromitto vobis, ut nunqua non habeamus potestatem, nec ego  
neque meos heredes, vobis neque illis presb. et diac. seo cl. q.  
im predicta eccl. ordinati sunt, neque successoribus vestris, neque  
cui vos dederitis, intentionare neque molestare nulla de casa et  
res massaricias in l. et fin. Casule, qui recta fuit per qd. Urso et  
Vitali gg. massarii. Casa et res cum fundamento cultis rebus vel  
incultis sive alpibus, nulla intentionare non debeamus. Pena: arg.  
libr. c. Act. Luca. Riffredi ss. Sigefredus iudex imp. ss. Il-  
dibertus t. ss. Bernardus t. ss. Teudigrimus not. imp.

*Originale*: I. 79. *Nel verso, da mano del sec. XIII*: De Sogromineo  
u. d. Casule; *e da mano del sec. XI-XII*: Repromissio a Getho f. Lei de manso  
in Casule et libellum a filiis eiusdem Gethi, in mense madio den. xii.

216. 1046.

« Offersio predicti Rolandi<sup>1</sup> sive Rodilandi<sup>2</sup> canonice S. Mar-  
tini de tribus portionibus unius cultre in Patrignone.<sup>3</sup> A. Do-  
mini MXLVI ».

*Regestum A, c. 30 v e c. 42 v.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. n. 436, cui si riferisce. A c. 42 v si ha*: Offersio a Rodilando,  
*ecc.* <sup>2</sup> *A c. 42 v si dice*: Libellum de supradictis terris datis ecclesie S. Mar-  
tini a supradicto Rolando cl. et Rodilando gg. qd. Belleve, *ecc.*; *cf. il reg.*  
*n. 451.* <sup>3</sup> *A c. 42 v si aggiunge*: iuxta Serclium fluvium

217. 1046.

« Offersio Inghithe uxoris Martini de una petia terre in  
Carraia u. d. Casa Gosoni; tenet: uno capo in via et classo, la-  
tus in terra Guidi qd. Petri; que est cultra una. (A.) MXLVI ».

*Regestum A, c. 22. Cf. il reg. seguente.*

218. 1046.

« Offersio Albithe uxoris Bonithi de sua portione predictae  
terre.<sup>1</sup> (A.) MXLVI ».

*Regestum A, c. 22.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.*

219. 1046.

« Refutatio, ut credo, de terris eiusdem masii<sup>1</sup> a Bernardo,  
q. Bulgarellus dicebatur, qd. Gerardi ad canonicam S. Martini,  
quod masium fuit cultre tres, que<sup>2</sup> est in Ponteferrato;<sup>3</sup> quarum  
prima<sup>4</sup> tenet: caput in via publica, alterum in terra Bonaldi qd.  
Cunithi, latus in terra et orto Bonandi et in terra Lei iudicis et  
in orto S. Pontiani, alterum in terra predicti Bernardi ed in terra  
quam subter refutavit; secunda tenet: caput in supradicta terra,

alterum caput cum ambobus lateribus in terra predicti Bernardi.  
A. Domini MXLVI ».

*Regestum A, c. 16 v.*

<sup>1</sup> Cf. i regesti nn. 21, 25, 158, ai quali si riferisce. <sup>2</sup> Così il ms. per quod <sup>3</sup> Il ms ha: Ponteferatto <sup>4</sup> prima è nel margine.

220.

1046.

« Offersio canonice S. Martini ab Enrico<sup>1</sup> qd. Mundi de tribus portionibus unius petie, q. est stariora XIII<sup>im</sup> in Trentora, q. tenet: caput in via publica, alterum in terra predictae canonice, latus in terra Rustici et Martini gg., alterum in terra q. fuit Guidi cl. et in terra Ursi. A. Domini MXLVI ».

*Regestum A, c. 17 v.*

<sup>1</sup> Nell' interlineo, da mano coeva: qui dicitur Cacabeco

221.

Lucca, 5 Agosto 1047.

A. MXLVII, non. aug., ind. xv. Manifestus sum ego Lambertus f. b. m. Fulchardi, q. fuit not. q. Fulchuino voc., quia tu Salomon presb. et primicerio f. Officie per cartula livell. nom. ad censum perexolv. dedisti michi medietatem de una petia de terra, quod est campo in l. et fin. u. d. Via Mezana et vocitatur Campo S. Dalmatii, tenentes: uno capo cum uno lato in via publica, alio capo in terra Ciculi qd. Alboni, alio lato in terra Sisemundi not., q. Fuscus v., et in terra qd. Gheri. Est ipsa medietas da partibus aquilonis. Tu eas in beneficio abis de pars eccl. et kanonika S. Martini. Michi eas dedisti, ut im mea vel de meis heredibus sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Tibi vel ad successoribus tuis per omnem mense iul. reddere debeamus, arg. den. de moneta de Luca XII. Pena: arg. libr. x. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Lamberti. Sigefredus iudex inp. ss. Boddus t. ss. Hubertus t. ss. Teudigrimus not. imp.

*Originale: P. 3. Nel verso, da mano del sec. XI-XII: Apparo da Lamberto f. Folquini de Campo S. Dalmatii.*

222.

1047.

« Libellum renovatum de eadem terra<sup>1</sup> ab eodem primicerio in persona Bonichi qd. Mori pro IIII star. grani et IIII fabarum. A. Domini MXLVII ».

*Regestum A, c. 13.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 172, cui si riferisce.

223.

Lucca, 21 Marzo 1048.

A. MXLVIII, XII. kal. apr., ind. i. Ego Rodilando f. b. m. Sisemundi per hanc cartula vindo et trado tibi Sisemundo,

que Falcone v., f. b. m. Ilditi tertiam portionem de meam portionem de monte et poio seo castello cum mura et turri super se a petre et a calcina seo arena constructe et levate esse videtur et cum casis infra se et super se abentes et cum eccl., cui vocabulum est B. S. Marie inibi consistente, quam abeo in l. et fin. Vaccule u. d. Coterocio. De monte et poio et de castello da summo usque a deorsum cum mura et turris sive eccl. cum sua pertinentia competi mihi tertiam portionem. Seo vindo et trado tibi tertiam portionem de meam portionem de una petia de terra, quod sunt ortas cum eccl., cui vocabulum est B. S. Petri, super se a petre et a calcina seo arena constructa et levata esse videtur seo cimiterii de ipsa eccl. totas insimul conpreemsa in suprascripto l. Vaccule u. d. Amiate prope monte de predicto castello, tenentes: uno capo cum uno lato in vie publice, alio capo in classo, alio lato in terra Benencasa et Bonari gg. et in terra Bacari. De suprascripta petia de terra cum eccl. seo cimiterii competi mihi tertiam portionem et de alia tertiam portionem competi mihi tertiam portionem. Item vindo et trado tibi tertiam portionem de meam portionem de omnia ex omnibus casis et casinis seo casalinis simulque terris et rebus qui ad suprascripta eccl. S. Petri sunt pertinentibus. De omnia et in omnibus de pertinentia de eccl. S. Petri competi mihi tertiam portionem. Receptit meritum, anulo uno de auro. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Rodilamdi. Rolandus iudex sacri pal. ss. Antonio not. imp. t. ss. Ildebrandus t. ss. Vuido not. imp.

*Copia del sec. XI, di Paulus not. sacri pal. : B. 21; Regestum A, c. 47. Nel verso della carta, da mano del sec. XIII: In Vaccu[le] de castro de Cothetho; pot d'altra mano del sec. XIII stesso: de Scopiccio.*

224.

21 Aprile 1048.

« Offersio a<sup>1</sup> Fridiano, q. Villanus dicebatur, pro anima Gerardi qd. Berithi de medietate unius petie terre prope S. Colunbanum et prope Sorbanum;<sup>2</sup> que tenet: caput in terra Lei et Farolfi gg., alterum in terra Burgoli, latus in terra predicti Lei et in terra Lei qd. Benedicti, alterum in terra Benedicti diac. et in terra episcopatus S. Martini et in terra filiorum Allucci. (A.)  
MXLVIII<sup>o</sup>, XI<sup>o</sup> kal. madii ».

*Regestum A, c. 26 v. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> *Segue Villano espunto.* <sup>2</sup> *Il ms. aggiunge: in sacco communium car- tarum*

225.

21 Aprile 1048.

« Offersio a Gualdrada uxore predicti Gerardi<sup>1</sup> et f. Ses-

mundi de sua quarta portione predictae terre<sup>1</sup> canonice S. Martini.<sup>2</sup> A. Domini *MXLVIII*<sup>o</sup>, *XI*<sup>o</sup> kal. madii >.

*Regestum A, c. 26 v.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. precedente, cui si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: in sacco communium cartarum

226.

8 Agosto 1048.

< Libellum datum a canonicis S. Martini de predicta terra<sup>1</sup> Alboni qd. Bonithi et Iohanni qd. Bonichi et eorum heredibus tantum, pro x star. grani et x fabarum et x inter milium et panicum; que terra<sup>2</sup> est prope Sorbanum et prope Campum q. d. S. Columbani, et tenet: caput in terra predicti Lei, que<sup>3</sup> est beneficium S. Stephani de curte S. Martini. A. Domini *MXLVIII*, sexto ydus augusti >.

*Regestum A, c. 26 v.*

<sup>1</sup> Cf. i due regesti precedenti, ai quali si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: prout in isto libello dicitur <sup>3</sup> Può leggersti que e quod, ma il segno del quod pare espunto.

227.

Pozziostolli, 16 Ottobre 1048.

A. *MXLVIII*, *XVII* kal. nov., imd. II. Ego Huberto f. b. m. Rodilandi per anc cartula pro anime mee remedium iudicho adque comfirmo in potestaten vestra Iohannes, que Ghectio v., f. b. m. Iohanni seo Vuido, que Mactone v., f. Teuti homnibus casis et curtis seo castellis et ecclesis seo rebus meis, quam abere videor per lochas et vocabulas: casa et curte domnicata infra civ. Luca cum omnibus casis et rebus meis infra ipsa civ., sive cum omnibus casis et terris seo rebus, qui ad ipsa curte sumt pertinentibus et cum omnibus casis et cassinis seo casalinis adque rebus et cum mea portionen de castello et turre in l. u. d. Rogio, et cum meam portionen de eccl., cui vocabulum est B. S. Michaelis ibi consistenten; seo casa et curte mea illa domnicata seo castello et eccl., que d. Amtiucho, sive cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, sive cum omnibus casis et terris et rebus et cum mean portionen de castello et turre in l. u. d. Lucimgnana, et cum mean portionen de castello in l. Chorellia, et cum omnibus casis et rebus meis, q. ibi esse videtur; seo casa et curte mea domnicata et castello et eccl. in l. Bargha et im Cecerana; seo casa et curte mea domnicata in l. u. d. Cappiano; et cum omnibus casis et cassinis et ecclesis et pischareis qui ad ipsa casa et curte sunt pertinentibus; et cum omnibus casis et cassinis seo casalinis et terris et vineis seo rebus in l. Impori; seo casa et curte mea domnicata cum castello et eccl., cui vocabulum est B. S. Petri in l. Puctiostorli cum omnibus [...] ad eas pertinentibus; sive casa et curte mea domnicata et cum

mean portionen de castello et eccl. in l. Valli et in Partillione sive im Chaldane et in Cesi et in Tosi. As casis et curtis etc., quamtas mihi sunt pertinentibus tan de ereditatem paterna quam et materna vel de meo comquisito, una cun omnes moniminas meas im vos iudicare et confirmare videor, ut a presenti die tan in vita mea quam et post obito meo in vestra sint potestatem, tam vos totis insimul quam et uno ex vobis, q. ume meum indicatum pre manibus abuerit vel eius eredes homnibus suprascriptis eas abemdi et dispensandi et iterum iudicandi. Pena dupli. Act. im suprascripto castello, que d. Puctiostolli. S. m. Huberti. Raineri t. ss. Alboni not. imp. t. ss. Fraolmi t. ss. S. m. Balditi, que Paghanello v., f. b. m. Herolfi t. S. m. Huberti f. Teuti t. Rodulfus not. imp.

*Copia coeva, di Petrus not. imp. : M. 17, autenticata dallo stesso Alboni testimone, che dice : Qui supra Alboni not. imp. autenticho illo vidi et legi, unde hoc exemplar facta est, et ibi et hic ss.*

228.

1048.

« Libellum de eadem terra<sup>1</sup> datum a canonicis S. Martini Dominico qd. Bonithi pro XII star. grani et XII \* \* . A. Domini MXLVIII ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 15.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 152, cui si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: Et nota quod in donatione predicta (reg. n. 152) una petia dicitur, in libello vero dividitur in duas et d. locus ubi sunt iste due petie, secundum cartam predicti libelli, a Pastino prope Broillo, quod utrumque verum: etiam et prope Fontanellam sunt et prope Puliam et prope Broillum et Pastinum; quarum prima petia tenet: caput in terra S. Michaelis, alterum in terra S. Martini, latus in via publica, alterum in terra S. Petri Maioris; secunda petia ibidem, tenet: caput (in terra) q. fuit Lamberti, alterum in supradicta terra et in terra S. Michaelis, latus in suprascripta terra S. Petri, alterum in terra Beraldi. Quod libellum modo non valet.

229.

1048.

« Libellum datum a Salamone primicerio S. Martini Iohanni qd. Bonichi et Moronto qd. Iohannis et Dominico qd. Vitalis de una petia terre in Via Meçana prope Pratum, q. dicebatur Lei iudicis, pro VII star. grani et VII fabarum et VI milli; q. tenet: caput in terra S. Martini et in terra Stephani presb., alterum in terra Iohannis not., q. d. Aimerrigo, et in terra Guidi et Bernardi gg. iudicum, latus in via publica. A. Domini MXLVIII ».

*Regestum A, c. 28.*

230.

Lucca, 30 Dicembre 1048.

A. MXLIX, III kal. ian., ind. II. Manifestu sum ego Lughitio, que Sasso v., f. b. m. Cristine, quia tu Salomone presb.

et prim(icerio) de eccl. kanonice pischopatui S. Martini Luc. per cartula livell. nom. ad censun perexsolv. dedisti mihi una petia de terra, quod est campo, in l. et fin. Interracule, quas tu in beneficio abere videris de pars suprascripte kanonice, tenentes: uno capo cun anbas lateras in vie publice, alio capo in terra qd. Ghecti; ut in mea vel de meis heredibus sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Tibi vel a subcessoribus tuis per onnem mense aug. rendere debeamus, hic Luca, dum vita tua fuerit, ad casa abitationis tue, de labore bono siccho de grano sist. III et de fave bone sicche sist. due, toto predicto labore ad sist. iusto quartino quale hic Luca venditorio percurrit. Pena: arg. sol. c. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Lughiti. Bernardus t. ss. S. m. Villani f. b. m. Martini et Lieti f. b. m. Boniti tt. S. m. Benboni f. b. m. Boniti t. Sighefredus not. imp.

*Originale: L. 64; Regestum A, c. 13, con l' a. 1049.*

231.

*Lucca, 31 Gennaio 1049.*

A. MXLIX, prid. kal. febr., ind. II. Ego Riffridi, que Ghectio v., f. b. m. Lei per hanc cartula pro anime mee remedium iudicho adque confirmo in potestate vestra Katulo, que Paccio v., et Leo, que Raimundino v., fratribus ff. b. m. Iolecte, omnia ex omnibus casis et ecclesis et rebus meis, quem abere videor per locas et fundas inocupantes infra hanc urbem Luca et in l. et fin. Brandellio, Sugrominio u. d. a Colle, in Casule, Novelli, Ruchi, Campo Teuti, Lunata, Quarto, Capanne, Cilliano, Paratiana, Scleto, Lupinaia et in eorum fin. vel per aliis locis et vocabulis, quantis a me post meum obitum non dati aut nom iudicati remanserit, tan servos quam et ancillas sive nutriminibus meis maioris vel minoris quacunq[ue] res, quas modo abeo vel quod in antea Deo adiubantes legibus adquisiero, una cun omnes moniminas meas cartule et breves seo iudicatas sive exemplar vel qualibet factionem aut quacunq[ue] scriptura cartarun lieteras et quale in me missa (a)ut data vel pertinentes sun. Etscepto una petia de terra mea in l. et fin. prope eccl. S. Pauli, tenentes: uno capo in via plubica, alio cum uno lato in terra S. Martini, alio lato in terra qd. Lei ingallati, quod est ad pert. mensuratas mod. I. Aliis omnibus casis etc. in vos eas iudicare videor, quatenus post meum obitum in vestra tan vos anbo insimul, quam et uno de vobis q. superavixerit vel de vestris eredibus (sint potestatem) eas abendi et usumfructuandi et iterun iudicandi. Et si ullus de eredibus meis post meum obitum vobis vel de vestris eredibus intentionaverit vel suptraxerit, spondeo et obligo, ut si(t)

composituros omnibus suprascriptis in dupplum et insuper penam, arg. libr. cc. Act. Luca. Riffredi ss. Iohannes iudex sacri pal. ss. Sigefredus iudex imp. ss. Raineri not. imp. t. ss. Petrus not. imp.

*Copia del sec. XI, di Raineri not. imp. : I. 84.*

232.

*Lucca, 11 Novembre 1049.*

A. MXLIX, III id. nov., ind. III. Ego Necta mulier Liudi et f. b. m. Bonii, consentientes mihi vir meus, ubi interesse videtur noti[tia Teuper]ti iudex imp. a quo interro[gata] sum sequenter [edicti paginam], per hanc [cartulam] vindo et trado tibi Bonitio f. b. m. Sighiti meam portionem de una petia de terra, quod est orto in l. et fin. Pomagio u. d. Orto Vecclo, tenentes: uno capo in via publica, alio in terra Lamberti, lato uno in terra Rustichi et Martini gg., alio in terra tua. Est ad pert. mensuratas sist. III et tertiam portionem de alio sist. Conpeti mihi de tres portionis medietatem. Et si anplius de meo iure inventa fuerit, tibi eas vindo et trado. Receptit merito, arg. pro sol. XII. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Necte. S. m. Liudi viro ipsei Necte consentientes. Teupertus iudex imp. interfui. Vualbertus not. imp. t. ss. Bernardus t. ss. Rodulfus t. ss. Raineri not. imp.

*Originale : S. 83.*

233.

*Lucca, 11 Novembre 1049.*

A. MXLIX, III id. nov., ind. III. Ego Necta mulier Liudi et f. b. m. Bonii, consentientes mihi viro meo, quia tu Bonitio f. b. m. Sighiti dedisti mihi merito arg. pro sol. XII, per hanc paginam repromicto tibi, ut nullo tempore nom abeamus potestatem, nec ego neque meos heredes, tibi neque ad erediibus tuis, intentionare neque molestare nullam de tuan portionem, quod est de tres portionis medietatem de una petia de terra, quod est orto in l. et fin. Pomaio, quas tibi odie per cartula Raineri not. imp. ex comparationem obvenit ad me ipsa. Pena: arg. sol c. Act. Luca. S. m. Necte. S. m. Liudi viro ipsei Necte consentientes. Vualbertus not. imp. t. ss. Bernardus t. ss. Rodulfus t. ss. Raineri not. imp.

*Originale : I. 166.*

234.

*1049.*

« Offersio Iohannis, q. Getthio dicebatur, et Guidi, q. Mactone dicebatur, pro Uberto qd. Rodilandi de medietate trium petiarum, q. sunt in l. et fin. prope eccl. S. Angeli in Campo; quarum prima d. Campo Lungo,<sup>1</sup> et d. ad Albaro, q. tenet: ca-



put in terra S. Iustine et in terra Gerardi qd.<sup>2</sup> Gottifredi, alterum in via et classo publico, latus in terra domni regis, alterum in terra Vitalis; secunda d. Casale,<sup>3</sup> tenet: caput in via publica cum uno latere, que est classo, alterum caput in terra Baroni et in terra Gerardi qd. Benedicti, alterum latus in terra domni regis et in terra Gerardi qd. Benedicti; tertia d. Ripaia, ubi intermedio fluvius currit, et tenet: caput in terra S. Iustine, alterum in terra domni regis, latus in terra Lei iudicis et in flumine, alterum in terra predicti Gerardi qd. Benedicti. De quibus tribus petiis obtulit medietatem S. Martino. A. Domini MXLVIII<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 36. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> Seguono le parole que tenet caput espunte. <sup>2</sup> Gerardi qd. è scritto nell'interlineo. <sup>3</sup> Nell'interlineo: Hanc tenet modo Gerardinus Rubeus pro vi (star.) grani et vi milii.

235.

1049.

« Offersio Gisle, q. Salpa voc., relicta predicti Uberti,<sup>4</sup> canonice S. Martini de sua quarta portione predictae medietatis<sup>4</sup> de predictis tribus petiis. A. Domini MXLVIII ».

*Regestum A, c. 36.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.

236.

Lucca, 27 Dicembre 1049.

A. ML, vi kal. ian., ind. III. Nos Sisemundo not., que Fuscho v., f. b. m. Petri et Bona iugalibus filia b. m. Teuti, ego Bona consentientes mihi viro meo, ubi interesse videtur notitia Teuperti iudex imp. a quo interrogata sum sequenter etdicti paginam, per hanc cartula pro animabus nostris remedio offerimus tibi eccl. et kanonica S. Martini Luc. casa et res nostra massaricias in l. et fin. Saltucelo, quas qd. Martino et Iohannes gg. ff. b. m. filii qd. Marchi, que supranomen d. Morelli, et Bonio et Petrus, que Roffino v., gg. ff. qd. Ursi seo Ghectio et Martino gg. ff. qd. Sabbatini et Andreas qd. Petri massarii ad manum suorum abuerunt et modo regere videtur per<sup>4</sup> filii qd. suprascripti Martini et Ursi gg., que d. Morelli, quas qd. Vuidi et Bernardi seo Ildebrandi gg. ff. mei per duo cartule Furchardi not. imp. ex comparationem<sup>2</sup> obvenit una ex ipse ad Ermingarda<sup>3</sup> mulier Sigifridi, que Sighthio v., et filia b. m. Rodulfi et alia ad Bectia<sup>4</sup> mulier qd. Boniti et filia suprascripti b. m. Rodulfi, consentientes suprascriptis vir eorum et notitia Adalberti iudex imp.; ut ab odiernam die in suprascripta eccl. et de presb. et diac. seo cl. q. in ipsa eccl. pre tempore ordinati fueri(n)t et ibidem officium<sup>5</sup> Dei faciunt, in eorum sint potestatem casa et res cum sua pertinentia

et iacemtia eas abendi et usumfructuandi. Nom abea potestatem nullus ep. neque nullam potestas casa et res tollere neque comutare neque per libello dare, neque ep. ad suum opum recolliere neque alienare. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Bone. Sisemundus not. imp. ss., eiden Bone coniungi me(e) consensi. Teupertus iudex imp. interfui. Iohannes iudex sacri pal. ss. Hubertus t. ss. Rodulfus t. ss. Raineri not. imp.

*Originale*: P. 45; *Regestum A*, c. 8.

<sup>1</sup> *Il passo da et Andreas fino a per è scritto su rasura.* <sup>2</sup> *Il passo da que d. Morelli fino a comparati(onem) è scritto su rasura.* <sup>3</sup> *Cf. il reg. n. 115.*  
<sup>4</sup> *Cf. il reg. n. 116.* <sup>5</sup> *L'orig. ha: officiant*

237.

1050.

« Offersio Andree, q. Contolinus dicebatur, qd. Imillie ad canonicam S. Martini de tribus portionibus unius petie de terra in Mugnano, q. est star. xxxiii, q. tenet: caput in via publica, alterum in Ausure et in terra Guidi g. sui, ambo latera in terra predicti Guidi. A. Domini ML ».

*Regestum A*, c. 22 v.

238.

(Prima metà del sec. XI?)

« Offersio a Sisemundo<sup>1</sup> qd. Sichelmi<sup>2</sup> de cassina et masaritia in Fiesso, que recta fuit per Martinum Saltanpelle cum consortibus ».

*Regestum A*, c. 34.

<sup>1</sup> *Forse è lo stesso Sisemundo del reg. n. 73.* <sup>2</sup> *Il ms. aggiunge: in sacco communium cartarum*

239.

(Prima metà del sec. XI?)

« Offersio<sup>1</sup> a Guillia<sup>2</sup> uxore Arduini, que dedit nobis casam de S. Sentio, de una petia terre cum molino in Coselle, que est star. xxx ».

*Regestum A*, c. 44.

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge: in sacco communium cartarum* <sup>2</sup> *Forse è la stessa Guillia del reg. n. 111.*

240.

12 Marzo 1051.

Leo (papa). Canonicis principalis ac maioris aecl. in civ. Luca Deo ac s. Martino confessori regularem vitam inibi ducendo et castitatem servando famulaturis. Omnia quae ad communem usum regulariter vivendi modo habetis vel in perpetuum habituri estis, scilicet aut ep. vestri concessione, qui nunc est benivolus et hilaris vester adiutor frater et coepiscopus noster Iohannes, aut successorum suorum vel aliquorum fidelium karitativa donatione,

volumus rata vobis et confirmata et nulla ratione violanda esse. Et si Deus aecl. vestram ab uxoris presb. liberaverit, pro incestis casti, pro inmundis mundi restituantur, et bona quae habent aecclesiastica, in communem usum canonice cohabitantium redigantur; nec in prebendis dandis aliquam precii aut venditionis molestiam ab ep. suo sustineat hic fidelis conventus. Dat. III id. mart. per manus Frederici can. vice Herimanni apost. Sedis archie. et Colon. archiep., a. Leonis VIII pp. III<sup>o</sup>, ind. III<sup>a</sup>.

*Originale*: BB. 53. *Stigillo di piombo. Copta cart. sec. XVII, arch. Capit., cod.: P<sup>o</sup>XI, c. 1. Fiorentini, Memorie di Matilda, 2<sup>a</sup> ed., doc., p. 28, n. 7; Ughelli, 2<sup>a</sup> ed., I, 805; Migne, CXLIII, 671, n. 55; Wadding, Vita S. Anselmi p. 66; Manst, XIX 691; Di Poggio, Saggio di Stor. eccles., 189 estr.; Dinelli, Del sinodi della dioc. di Lucca, 34; Cappelletti, XV 509; Rena e Camici, I, 16; Barsocchini, V, par. III, 662, n. MDCCXC; Jaffè, n. 3234; Jaffè-L., n. 4254; Hoefler, Die deutschen Päpste, II, 375 estr.; Kehr, Italia Pontificia, III, p. 397, n. 1.*

241. *Pozziostrolli, 11 Aprile 1051.*

A. MLI, III id. apr., ind. iv. Ego Rodulfo not. imp., que Roctio v., f. b. m. Ghuntardi per hanc cartula pro anime me(e) remedium offerum tibi eccl. canonica etpiscopatui S. Martini Luc. meam portionem de casa et res massaricias in l. et fin. u. d. Sugriminio prope eccl. S. Quirici et prope Thana, quas qd. Dominico Lupo ad manum suas abuit et modo detinet Bonio presb. cum suis consortibus. Competit mihi de medietatem tres portionis. Offere provideor, ut ab odiernan die de presb. et canonici seo cl., q. in ipsa eccl. ordinati esse videtur et usque in perpetu(u)m ordinati fuerit, in eorum sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Non abead potestatem ullus etpiscopus suprascripta portionem commutare neque per libellum dare neque per beneficio alicui dare neque alienare. Pena dupli. Act. in l. et fin. u. d. Puctiostrolli. S. m. Rodulfi not. S. m. Bernardi et Iohanni f. b. m. Iohanni, que Prugno voc., tt. S. m. Cuniti, que Turinghello v., f. b. m. Guntardi t. Alboni not. imp.

*Originale*: I. 8. *Nel margine inferiore, sul recto, da mano del sec. XI: Supradictus Rozo obiit III id. aprilis; e nel verso, da mano del sec. XIII: De isto masio modo Advocatus quondam Tancredi III sol.*

242. *15 Agosto 1051.*

A. MLI, XVIII kal. sept., ind. iv. Nos Benedicto cl., que Gerardo v., et Bene seo Garofilello fratribus ff. Berte, quia tu Leo f. b. m. Bonii dedisti nobis meritum sigello uno de arg., per hanc paginam repromictimus tibi, ut nunqua non abeamus potestaten, nec nos neque nostris credibus, intentionare neque molestare nullan de quatuor petiis de terris tuis, quod sunt vineis,

quam abemus<sup>1</sup> in l. et fin. Massa u. d. Valle Teuderadi, neque de tuan portionen de duo petiis de terris, quam abemus<sup>1</sup> in suprascripto l. et fin., una quod est orto d. Canpisciana, et de tuan portionen, quod est medietatem, de eccl., cui vocabulum est B. S. Iusti, quod est posita in l. et fin. Massa, quas tibi odie per cartula Vuidi not. inp. ex comparationem obvenit ad nos ipsi. Pena: arg. libr. x. [Act....] S. m. Benedicti cl. S. m. Bene [et Garofilello]. Rolandus [...] [Vuido not. inp.]<sup>2</sup>

*Copia del sec. XI: O. 133.*

<sup>1</sup> Così l'originale per habes    <sup>2</sup> È strappata la carta, ma il nome del notato si legge nella corroboratio.

243.

3 Febbraio 1052.

Leo (papa). Clericis ordinariis aecl. S. Martini in Luca canonicè viventibus. Vobis, omnia quae ep. vester Iohannes dedit vobis et confirmavit ad augmentum canonicè vestre conversationis, nos etiam confirmamus per privilegium apostolicae Sedis, ut haec ipsa et alia quae vobis quaelibet christianae religionis persona dedit vel dederit, ad communem vestrum regularem usum possidentes, quiete ac libere Deo serviatis. Si quis autem vestre aecl. ordinarius post primam ep. vestri confirmationem, scilicet Iohannis, ab hac vita decedit, alii idonei in loco defunctorum sine precio canonicam accipiant, et regulariter cum praedictis fratribus, adhibita castitate, ibidem commorentur. Nec ulla occasione prefatus ep. vel eius successor ex bonis fratrum morientium violenter auferant; sed fratres residui, q. in eadem canonica regulariter degunt, ad communem claustralem ac necessarium usum sibi optineant. Dat. III non. febr., per manus Frederici diac. S. Romanae aecl. bibliothecarii et canc. vice Herimanni archic. et Coloniensis archiep., a. Leonis IX pp. III<sup>o</sup>, ind. v<sup>o</sup>.

*Originale: BB. 12. Stigillo di piombo. Copia cart. sec. XVII, arch. Capit., cod.: PEXI, c. 6. Dinelli, Dei sinodi della dioc. di Lucca, 36; Barsocchi, V, par. III, 661, n. MDCCCLXXXIX; Jaffé, n. 3243; Jaffé-L., n. 4266; Kehr, Italia Pontificia, III, p. 398, n. 2.*

244.

11 Ottobre 1052.

« Emptio Imillie, q. Palia voc., ab Ymillia matre sua, f. Alboni de omnibus q. habebat in Corsagna et Serra et in plebe de Decimo, consentiente sibi Ildebrando f. suo et mundualdo. A. Domini MLII<sup>o</sup>, v ydus octubris ».

*Regestum, A, c. 4.*

245.

Lucca, 8 Gennaio 1053.

A. MLIII, VI id. ian., ind. VI. Manifestu sum ego Gherardo not. imp., q. Bonando v., f. b. m. Benedicti quia vos Vuidus

archid. et Iohannes archipresb. et Salamone presb. et primicerio et Gaudio presb. et cantor chanonici de eccl. etpisschopatui S. Martini Luc. per consensum Raineri presb. et Lei presb. et Gerardo presb. et Stefano presb. et Burlingho presb. et Lucas diac., q. Ciciano v., et Leo diac. et Iohannes diac. et Chuscho cl. et Sighifridi cl. et Macto cl. et Iohannes cl. et Raineri cl. canonici et confratribus vestris per cartula livell. nom. ac cemsu etperexolv. dediste mihi una petia de terra, quod est casalino cum muro super se, infra civ. Luc. prope eccl. S. Cristofani et prope Archo, pertinentes suprascripte ecl. et canonicha vestre, et est tenentes ipse petia de terra: uno capo in terra et curte vestra, quas vobis resservaste, alio in terra Dominichi, que super nomen d. Merda in naso, et in terra Sighifridi f. b. m. Enrighi, lato uno in terra et casalino vestro, quas vobis resservaste, et in terra et curte Berte mulier Russelli, alio in terra et casalino, quas odie per libellum dediste Gherardi et Enrighi gg. ff. Ceci. Est ad pert. mensuratas schalas iv. Mihi eas dediste, ut in mea vel de meis eredibus sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Vobis vel ad supcessoribus vestris per onnem mense dec. rendere debeamus ad pars suprascripte eccl. nostra,<sup>1</sup> arg. den. LXXX de moneta de Luca. Pena: arg. libr. [...] Duo libelli. Act. Luca. Gherardus not. imp. ss. Hemrichus not. imp. t. ss. [Carbonius not.] imp. t. ss. [Teudi]grimus not. imp. t. ss. [Sighin]ulfus not. imp.<sup>2</sup>

*Originale*: R. 156.

<sup>1</sup> Così l'orig. per vestre    <sup>2</sup> Il nome del not. si legge per intero nella corroboratio.

246. *Marlia (Lucca), 21 Febbraio 1053.*

A. MLIII, IX kal. mar., imd. vi. Nos Fulco et Dominico gg. ff. b. m. Romani per hanc cartula venundamus et tradimus tibi Bonifatio f. b. m. Comtulini medietatem de homnia ex omnibus terris et rebus nostris in l. et fin. Vico Pamceloro et in eorum fin. Recepimus meritum, arig. pro sol. xx. Pena dupli. Act. l. et fin. Marlia prope eccl. S. Marie. S. m. Fulghi et Dominichi. S. m. Iohanni f. b. m. Iohanni t. S. m. Petroni f. b. m. Baromci t. S. m. Lamberti f. Imghitie t. Otto not. imp.

*Originale*: Q. 158.

247. *Lucca, 10 Agosto 1053.*

A. MLIII, IV id. aug., ind. vi. Manifestu sum ego Martino f. b. m. Ceci quia vos Vuïdo archid. et Iohannes archipresb. et Salamone promicerio et Gaudio cantor et Rolando cl. et Leo diac. et Lanberto diac. et Righitio, que Bello v., diac. et Burlingho presb.

et Leo presb. canonici et ordinali de eccl. etpiscopatu S. Martini Luc. per cartula livell. nom. ac cemsu etperexolv. dediste mihi una petia de terra, quod est orto et campo insimul comprehensa, in l. et fin. Carraria u. d. Nantioporta, pertinentes suprascripte eccl. et est tenentes: anbas capitas in via plubicha, lato uno in terra de filii qd. Antonii cl., alio in terra Ughi et Bonii et in terra de filii suprascripti qd. Antonii. Est ad pert. mensuratas sist. XXI. Mihi eas dediste, ut in mea vel de meis etredibus sin potestatem eas abendi et ussumfructuandi. Vobis vel ad supcessoribus vestris per onnem menset iul. rendere debeamus sist. de labori bono siccho de grano nove et de fave similiter nove, ad sist. iusto quartino venditorio de civ. Luca. Pena: arg. sol. c de moneta de Luca, XII den. per singulos sol. rationatos. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Martini. S. m. Manni f. b. m. Vitali t. S. m. Raineri f. b. m. Petri t. S. m. Boniti f. b. m. Petri t. Adam not. imp.

*Originale: D. 57; Regestum A, c. 21. Nel verso della carta, da mano dei sec. XII: Appalus Ceci filii Martini de terra in Carraria, quam vendidit Ciuffettus. Nel Reg. A: Pro Cecio Bonfiliius qd. Mattoni, de quo Gambuccius, pro quo Ubertus Gonholini et Ildebrandus, pro quibus filii Maliassi, scilicet Rodulfinus.*

248.

*Lucca, 16 Dicembre 1053.*

A. MLIII, XVII kal. ian., [ind.] VII. Ego Gherardo f. b. m. Ferolfi, quia tu Gherardo f. b. m. Corbi dedisti mihi merito arg. pro sol. c, per hanc paginam repromicto tibi, ut nonqua non abeamus potestatem, nec ego neque meos eredes, intentionare neque molestare nulla de tuam portionem de tres portionis medietatem et de quarta portionem tertiam portionem de quatuor petiis de terris, qui duo esse videtur in l. et fin. Verciano, una quod est prato et d. Prato da Teberto;<sup>1</sup> secunda, quod est casalino et orto insimul et puteo infra se abemtes, d. Vico Grilletulo et prope Docaria, quas tibi odie per cartula Lei not. imp. ex comparatione (obvenit) a me ipso. Pena: arg. sol. c. Act. Luca. S. m. Gherardi. S. m. Saracini f. Ceci t. S. m. Bonii et Mugepfi gg. ff. b. m. Imillie tt. Leo not. imp.

*Originale: O. 176.*

<sup>1</sup> *Il passo: et d. Prato da Te(berto) è scritto su rasura.*

249.

*1053.*

« Libellum datum a canonica S. Martini Bonitho qd. Sigithi de duobus petiis terrarum in Trentora prope Pomaio; quarum una tenet: caput in via publica, alterum in semitula, latus in terra Moronti, alterum in terra Rustici et Martini gg.; secunda<sup>1</sup> tenet: caput in semitula, alterum in terra predictae canonice, quam deti-

net ( \* \* ), latus in terra predictorum Rustici et Martini, alterum in terra, q. fuit Andree Tacco; de quibus duobus competebant eidem canonicè tres portiones; de quibus predictus Bonithus debebat reddere canonicè nostre IIII star. grani et IIII fabarum. A. Domini MLIII >.<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 17 v.*

<sup>1</sup> *Sopra secunda c'è un segno, che richiama all'offerta, di cui al reg. n. 220.* <sup>2</sup> *Il ms. aggiunge: Hanc redditam fecit post(ea), ut credo, Stephanus qd. Urselli de Pomaio, ut in rotulo invenitur.*

250.

1053.

« Libellum renovatum in persona Homodei qd. Bonithi pro XII star. grani et XII fabarum de illa petia de Campo Albo prope Magritula, quam supra obtulit Opitho.<sup>1</sup> A. M quinquagesimo tertio ».

*Regestum A, c. 11 v.*

<sup>1</sup> *Cf. i regesti 72, 151, ai quali si riferisce. Il ms. aggiunge: que data fuerat prius per libellum cum aliis duabus petiis, quas obtulerat predictus Opitho (reg. n. 71), Gisalberto et Iohanni pellario; pro quo Saracinus nepos Ildeberti, de quo fuit Guilielmus de burgo S. Fridiani, pro quo filii Guatthi VI star. grani et VI fabarum et consortes, ut credo. Segue nell'interlineo e nel margine: Ubertus qd. Usaldini VI star. et VI star. Diversus pro Signorecto reddebat (?), set VI staria Diversi commutavimus cum eo pro campo de Selce.*

251.

31 Dicembre 1053.

« Libellum datum a canonicis S. Martini de medietate trium portionum predictæ terre<sup>1</sup> Guidoni<sup>2</sup> not. et Tegrino et Uberto et Pagano gg. qd. Bonfanti pro tribus star. grani et II fabarum; q. terra tota insimul, tenet: caput in terra Stephani et filiorum Cunithi et in terra predicti Bonfanti, alterum in terra Signorecti et predicti Cunithi, latus in terra predicti Cunithi et in terra Lieti, alterum in terra filiorum Antonii. A. Domini MLIII<sup>10</sup>, pridie kal. ian. ».<sup>3</sup>

*Regestum A, c. 19. Cf. il reg. seguente.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. n. 49, cui si riferisce.* <sup>2</sup> *Nel margine, da mano coeva: Isti sunt varvassores de Tassignano.* <sup>3</sup> *Il ms. aggiunge: De Tegrino fuit Enrigettus, de Errigetto Tassignanus, de Tassignano uxor filii Bonaiunte Lanfredi (Lanfredi è scritto nell'interlineo), idest filiorum Guinithi, ut credo, de Porta S. Fridiani, qui debet reddere II star. grani, ut in rotulo dicitur. De Pagano fuit Guido, de Guido Arnulfus, q. debet reddere III (star.) grani et II fabarum, ut in rotulo dicitur.*

252.

31 Dicembre 1053.

« Libellum de alia medietate<sup>1</sup> trium portionum datum Stephano qd. Guidi pro III star. grani et II fabarum a canonicis S. Martini. A. Domini MLIII<sup>10</sup>, pridie kal. ian. ».

*Regestum A, c. 19.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. precedente, cui si riferisce.*

253.

*Lucca, 11 Aprile 1054.*

A. ML[IV], III id. apr., imd. VII. Ego Rolamndus f. [b. m.] Ermingharde per hanc cartula vimdo et trado tibi Ghisla f. Lei, que Cecio v., una petia de terra mea quod est campo in l. et fin. Surbano, que d. Lei iudex,<sup>1</sup> et vocitatur Campo da Cerascia, tenemtes: uno capo im terra et horto qd. Alboni et im terra et orto, qui fuit de filii qd. Lei iudex, alio im terra S. Iohanni, lato uno im via plubicha, alio im terra mea quas mihi resservo. Est ad pert. mensuratas mod. III. Recepit merito da Andreas f. b. m. Lughitie pro persona tua Ghisla, anulo de auro uno. Pena dupli. Act. Luca. Rolamndus ss. [Ioha]nnes iudex sacri pal. ss. Sigefredus iudex inp. ss. Hubertus iudex sacri pal. ss. Petrus not. imp.

*Originale: E. 98.*

<sup>1</sup> *Le parole Lei iudex sono scritte su rasura.*

254.

1054.

« Offersio ab Albonio not.,<sup>1</sup> q. Baroncellus dicebatur, de una petia terre prope eccl. S. Pauli et prope Ausurem u. d. in Cafagio, q. tenet: caput in via publica, alterum in terra S. Pontiani, ambo latera in terra, q. fuit Guidi, et aliquantulum in terra predictae canonice. A. Domini MLIII<sup>to</sup> ».

*Regestum A, c. 17.*

<sup>1</sup> *not. è nell' interlineo.*

255.

*Lucca, Gennaio 1055.*

A. ML[V] [...] kal. febr., ind. VIII. [Ego] Andreas, q. Rustico v., f. Lei, genitor [meus] consentientes, per anc cartula vindo et trado tibi (Vuillia), q. Cica v., f. b. m. Morecti quartam portionem de onnia [ex om]nibus casis et rebus meis infra anc urben Luca prope eccl. S. Petri, qui d. a Vincula, et per locas et fundas nocupantes Scleto et in l. u. d. Castangnetulo et in l. u. d. Vuappalo vel per aliis locis et vocabulis tam de casis et rebus donicatis quam et massariciis tan de servos quam et de ancillas sive de nutriminibus ubicunque mihi est pertinentes tan ex iura parentum meorum quam et de conquisito meo, quas modo abeo vel in antea adquisiero. Recepit meritum da Rustico f. Ferolfi pro persona tua Vuillia, cercelli duo de auro. Pena dupli. [Act.] Luca. S. m. Andree. S. m. Lei genitor Andree, consentientes. Rodulfus t. ss. Ildebrandus t. ss. S. m. Mele f. b. m. Benedicti t. Vuido not. inp.

*Copia del sec. XI, di Antonio not. inp.: E. 40. Nel verso, da mano del sec. XIII-XIV: De vinea de S(c)heto de Massa Pisana prope S. Bartolomeum.*



256.

*Lucca, 16 Febbraio 1055.*

A. MLV, XIV kal. mar., ind VIII. Manifesti sumus nos Borningus presb. et Lanbertus diac. et Bellus diac. et Benenatus cl. canonici de eccl. de episcopatu S. Martini Luc., quia per hanc cartulam libell. nom. ac censum etperexsolv. dare videmur vobis Prando et Rustico gg. ff. qd. Petri tertiam portionem de casalino et res, ubi iam fuit casa et res massaritas et modo casina ibi esse videtur, in l. et fin. Baringnano<sup>1</sup> u. d. a Fabrica, quas qd. Bonico et qd. Dominico massarii ad lab. habuerunt, quas nos eas (in beneficio)<sup>2</sup> habemus de pars suprascripta eccl. De casalino et res tertiam portionem, sicut suprascripto<sup>3</sup> qd. Petrus genitor vestro ipsam tertiam portionem ad lab. habuit, vobis eas dare videmur, ut in vestra vel de vestris heredibus sint potestatem eas habendi et usumfructuandi. Nobis vel ad subcessoribus nostris per omnem mensem ian. reddere debeatis ad pars eccl. nostra, arg. den. de moneta de Luca XVI. Pena: arg. sol. c. Duo (libelli). Act. Luca. Borningus presb. ss. Lanbertus diac. ss. Benenatus cl. ss. S. m. Belli diac. q. hunc libellum fieri rogavi, set propter infirmitatem corporis sui minime scribere non potuisset, singnum s. crucis (fecit). Petrus t. ss. S. m. Villani f. Potaberti t. S. m. Stefani f. b. m. Iohannis t. (Ce)rbonius<sup>4</sup> not. inp.

*Copia del sec. XIII, di Bartholomeus Pauli de Bozano inperialis aule iudex et not., eseguita su altra copia fatta per Aldricum not.: F. 34; Regestum B, c. 81 v.*

<sup>1</sup> Il Reg. B ha: Carignano, ma anche il sommario del Reg. B fu fatto sulla copia di Bartholomeus <sup>2</sup> La copia ha: • • rio <sup>3</sup> La copia ha: isto <sup>4</sup> Uno spazio lasciato in bianco precede rbonius

257.

*Lucca, 18 Maggio 1055.*

Breve ad memoriam abendam, qualiter intus Lucensis palatio, quod est sala imp., presentia bonorum hominum, quorum nomina supter leguntur, Benedictus f. b. m. Vualderade spondisse adversus Actio abbas de eccl. et mon. S. Petri et S. Benedicti, qui est etdificata in l. et fin. Montevirde, et adversus Albertus avocato suo de una petia de terra cum eccl. cui vocabulum est S. Mikaelis Archangeli super se abentes, qui esse videtur in l. et fin. Miate; unde ipse Actio cum predicto Albertus eodem Benedicto exinde apellavi, quod si unquam ipse Benedictus vel suos eredes aut suorum sumitente persona pars suprascripte eccl. et mon. et predicti Acti suisque subcessoribus de suprascripta petia de terra cum eccl. S. Mikaelis eissent aut causassent vel removissent aut si pars suprascripte eccl. et mon. aut suprascripti Actio per pla-

citum factigare fecissent, aut si apparuerit suo dato vel facto, quod componere debeant, ipse Benedictus vel suos eredes, eidem Acti suisque subcessoribus penam arg. libr. L. Unde Actio cum predicto Albertus fecit eidem Benedicti meritum, anulo uno de auro pro ipsa sponsione confirmandum iusta legem. Presentia: Albertus Alamanno, Ubaldaldo Parmensi f. b. m. Magnifridi, Iohannes Luc. ep., Flaipertus, Rolandus, Iohannes, Sigifredus, Teupertus, Ubertus, Petrus, Bernardus, iudicibus; Bernardus, Chuneradus, Gotfredus, Sighinulfus, Vuido, Fraolmi, notarii; Ildebrandi da la Petra f. b. m. Raineri, Henrigo f. b. m. Sigifridi, Raineri, q. Ungarello v., f. b. m. Vivi, Hugo f. b. m. Bonaldi et reliquis. A. MLV, xv kal. iun., ind. VIII. Flaipertus iudex imp. ibi fui. Rolandus iudex sacri pal. ibi fui. Iohannes iudex sacri pal. ibi fui. Hubertus iudex sacri pal. ibi fui. Teupertus iudex imp. ibi fui. Petrus iudex sacri pal. ibi fui. Bernardus iudex imp. ibi fui. Raineri not. imp.

*Originale*: M. 150.

258.

1055.

« Offersio Bonii qd. Inghithi canonice B. Martini de sua portione trium petiarum terre in Paganico, quarum prima cum casina et orto (est) prope eccl. S. Marie, q. tenet: caput in carraricia, q. v. vecchia, alterum in terra S. Fridiani et in terra Bonichi, ambo latera in terra Iohannis qd. Ricchi et matris eius; q. est star. xxxviii; secunda est pratum ibidem, tenet: caput in superscripta via vecchia et alterum caput cum latere in terra predicti Iohannis et in terra Rolandi et Donnucci, alterum latus in terra S. Iustine et in terra S. Martini, que est star. triginta tres; de quibus obtulit tres portiones. Similiter optulit per eandem cartam de medietate tres partes de eccl. S. Marie cum cimiterio et campo insimul de eodem l. Paganico. A. Domini MLV<sup>10</sup> ».

*Regestum A*, c. 20.

259.

*Lucca, 28 Gennaio 1056.*

A. MLVI, v kal. febr., ind. IX. Ego Bonitio, q. Maestro v., f. b. m. Moronti per anc cartula vindo et trado tibi Benedicto f. b. m. Vitali omnia ex omnibus casis et rebus meis, quas mihi per cartula Vuidi not. imp. ex comparationem obveni ad Lughitia f. b. m. Omici, comsentientes sibi te ipso Benedicto f. et mundualdo suo, in cuius mundium esse visa est, una cum omni cartule et moniminas, quantas mihi exinde est pertinemes et vos exinde abere et ostendere potueritis. Recipit meritum, arg. pro sol. c.

Repromitto una cum meis eredes, tibi vel ad tuis eredes, ut si nos vobis eas aliquando intemtionaverimus vel retolli quesierimus, spondimus componere venditionem in duplum. Da aliis omnibus per vos ipsis eas vobis defendere debeatis cum cartula ista et cum alie cartule et moniminas. Act. Luca. S. m. Boniti. Adam not. imp. t. ss. S. m. Angheli f. Benedicti t. S. m. Benedicti f. Albiti t. S. m. Lei f. b. m. Dominichi t. Vuido not. imp.

*Copia del sec. XI, di Glamulfus not. imp.: Q. 51.*

260.

*Lucca, 9 Marzo 1056.*

A. MLVI, VII id. mar., ind. IX. Ego Pagano f. b. m. Rodilandi per hanc cartula pro anime mee remedium et pro remedium anime suprascripti Rodilandi, sive pro remedium anime b. m. Teuderighi et Oppiti seo Hughi, q. fuerun gg. mei, offerro tibi eccl. et kanonika etpischopatui S. Martini Luc. quatuor petiis de terris meis in l. et fin. Picciorano; una cum cassina super se seo curte et orto adque campo insimul comprehensa, tenentes: uno capo cum uno lato in via plubicha, alio capo in terra Puosi da Umbrello et de suis comsortibus, alio lato in terra, quas supter offerre prevideor et in terra Baronci et Martini et Cerfulli et de filii qd. Homiei et de eorum comsortibus; secunda petia de terra, quod est campo, tenentes: uno capo cum uno lato in via publica, alio capo in suprascripta terra, quas supra offerruit, alio lato in terra suprascripti Baronci et Martini et Peschalli; tertia petia de terra, quod est campo in eoden l., tenentes: uno capo in suprascripta terra, quas supra offerruit, alio in terra Pa[...]ndi et Rustichi et Bacari gg. et de eorum comsortibus, lateras ambas [in terra] B[a]ranci; quarta petia de terra, quod est campo in predicto l., tenentes: uno capo in via publica, alio [in terra] Iohanni cl. et Vuido gg., lato uno in terra suprascripti S. Martini, alio in terra S. Pontiani. Sunt inter totas ad pert. mensuratas mod. VI. Et si de meo iure plus inventa fuerit, similiter tibi eccl. offerre prevideor, ut ab odierna die in ipsius eccl. et kanonika et de presb. et diac. seo cl. q. im predicta eccl. pre tempore ordinati fuerint et ibidem officium Dei faciunt, sint potestatem suprascriptis quatuor petiis de terris abendi, et usumfructuandi; et si oportum fuerit, potestatem abeatis causas agendi cum cartula ista. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Pagani. Iohannes iudex sacri pal. ss. Rolandus iudex sacri pal. ss. Petrus not. imp. t. ss. Cerbonius not. imp.

*Originale: E. 122; Regestum A, c. 13 v. Nel verso della carta, da mano del sec. XII: Cartula offersionis Pagani f. Rolandi de sex cultris de terra in l. Picciorano; e sopra Pagani, da mano del sec. XII-XIII: antiquus Porcariensium. Nel Reg. A: Nota quod iste Paganellus est antiquus Paganellus Porcariensium; et istas terras habent in feudum, que sunt culre VI.*

261.

*Porcari (Lucca), Settembre 1056.*

A. MLVI, mense sept., ind. x. Nos Raineri et Teutio gg. ff. b. m. Bacari et Adaleita mulier suprascripti Teuti et f. b. m. Raineri, mihi Adaleite consentientes vir meus, ubi interesse videtur notitia Iohannis iudex sacri pal., a quibus interrogata sum sequenter edicti paginam, offerimus Deo pro animarum nostrarum remedio nostram portionem de quatuor petiis de terris, quas habemus, tres in l. et fin. Potheuli, una ex ipse cum eccl. cui vocabulum est S. Petri, que d. a Potheuli, seo curte et orto et campo et bosco et sterpeto insimul comprehensa, tenentes: uno capo in rio Nero, aliud in terra nostra, quam nobis reservamus, et de consortibus nostris, lato uno in rio q. d. Tacthola et in via Romea, lato uno<sup>1</sup> in canneto, quod nobis reservamus et de consortibus nostris. Est ad pert. mensuratas mod. milletrecenti duodecim. Secunda, quod est campo et sterpeto insimul in ipso l. u. d. Potheuli, tenentes: uno capo in suprascripto rio q. d. Tacthola aliud in rivo q. d. Teupascio, lato uno in via Vinarese prope Cerro posatoio, alio in suprascripta via, q. d. Romea; tertia in ipso l., tenens: uno capo in suprascripto rio q. d. Nigro, alio in suprascripto rivo q. d. Teupascio, lato uno in suprascripta via Romea, aliud in suprascripto canneto nostro et de consortibus nostris; quarta, prope eodem l., quod est bosco u. d. Carpinocelo, tenentes: uno capo in terra qd. Lei iudex et Ferolfi gg. et de suorum consortibus, alio in terra S. Salvatoris, lato uno in suprascripto canneto, alio in terra Brectuli et de suis consortibus et suprascripti S. Salvatoris. De his competit nobis medietatem. Similiter offerrimus de suprascripta nostra portione de una petia de terra quod est canneto prope suprascripta eccl. S. Petri, et est nostra portionem ad pert. mensuratas mod. L. Omnia donamus ac tradimus, ut in vestra Teuperto et Homiccio et Bonitho presbiteris sint potestatem, dum vestra vita<sup>2</sup> aut unius vestrorum in seculo fuerit, omnes suprascriptas res portiones de suprascriptis terris, et de suprascripta eccl., ut vos et<sup>3</sup> vestri successores ad communem vitam ducendam ea omnia abeatis et societis vobis cl. seu diacones et presbiteros, secundum facultatem et qualitatem ipsius loci, manentes et habitantes caste ibi domibus iusta prefata eccl. positus; liceadque vobis omnibus, vel illis, quibus melior sententia secundum Deum visa fuerit, eligere unum de vobis vel de aliis, (qui) esse possit vobis priorem et rectorem, ut vobiscum maneat in communi vita caste ducenda et provideat vestris necessitatibus, et que sunt prefate eccl., vel que acquisituri estis, cum vestro et aliorum vobiscum abitantium dispenset consilio. Sit vobis facultas eam habemdi tenemdi meliorandi, et officium Dei in eadem eccl. peragemdi. Sit

vobis libera licentia querimonia agendi. Et si aliquis ea que superius dicta sunt violare temptaverit, adiungimus ut sit in potestate et cura quattuor vel trium vel duorum Luc. clericorum reli(gi)osorum cum totidem laicis eiusdem civ. hec omnia ordine, ut supra dictu est, constituere et ordinare absque ullius munneris acceptionem. Si vero illi ad hec negletes fuerint, abbas S. Pontiani ad hec perficere accedat et simili modo ea que dicta sunt in Dei timore facere cure. Si ipse quoque neglegens fuerit, abbas Sextensis ad hec potestatem accipiat. Si nos, omnia que obtulimus defendere non potuerimus, spondimus componere per compellationem clericorum eiusdem eccl. vel iamdictorum clericorum et laicorum sive abbatum, duplum omnium que Deo obtulimus. (Act.) intus castello de Porcari. S. m. Raineri et Teuthi gg. et Adaleite, Teutio coniugi sue consensit. Iohannes iudex sacri pal. interfui. S. m. Petri f. b. m. Ghisolfi t. S. m. Petri f. b. m. Farolfi t. S. m. Mori f. b. m. Maginti t. Benedictus not. imp.

*Copia del sec. XI, di Conradus not. imp.: O. 145 Cf. il reg. n. 272.*

<sup>1</sup> Così la carta per alio lato <sup>2</sup> vita è nell'interlineo. <sup>3</sup> vos et è nell'interlineo.

262.

1056.

« Libellum<sup>1</sup> datum a canonica S. Martini Pepo qd. Vitalis de duobus petiis in Insula Canina prope Lunatam; quarum prima tenet: caput in via publica, alterum in terra quam ei subter dedit, latus in terra Aimerrici not., alterum latus in terra quam detinent filii Luniperti di Canabia; secunda ibidem, tenet: caput in terra quam detinet Adam di Canabia, alterum in supradicta terra, latus in terra Berte da Lunata, alterum in terra predicti Aimerrigi; q. sunt cultre due;<sup>2</sup> de qua per libellum debebat reddere star. IIII grani et IIII milii. A. Domini MLVI ».<sup>3</sup>

*Regestum A, c. 13 v.*

<sup>1</sup> Precede Offerisio espunto. <sup>2</sup> Corretto da duo <sup>3</sup> Il ms. aggiunge: Predictam terram tenuit postea Rusticellus nepos Cunithi, sicut in rotulo invenitur.

263.

1056.

« Libellum de eadem terra<sup>1</sup> datum a canonicis S. Martini Grimaldo qd. Berithi pro v star. grani et v fabarum, q. terra tenet: caput in via publica, alterum in terra S. Marie Maioris, latus in terra eiusdem (Grimaldi), alterum in terra S. Angeli de Foro. A. Domini MLVI ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 11 v.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 166, cui si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: Quam terram postea tenuit Rusticus qd. Mori de Castello pro vi (star.) grani et vi fabarum; postea Henricus Segalare; modo vero . . .

264.

*(Prima del 18 Aprile 1057).*

« *Offerisio Guidi archid. qd. Guidi de terris, quas habuit ex sucessionem Petri cl., q. Aginus dictus est,<sup>1</sup> que sunt in Vicope-lago et in Vaccule plures petie* ».

*Regestum A, c. 44 v. La data non può essere posteriore a quella del reg. seguente, in cui già compare il nuovo archid. in Blancardo*

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge: que sunt in sacco communium cartarum*

265.

*Lucca, 18 Aprile 1057.*

A. MLVII, quartodecimo kal. magi,<sup>1</sup> ind. x. Manifestu sum ego Iohannes f. b. m. Dominichi, quia vos Iohannes archipresb. et Salamone promicerio seo Blancardo, a ordine archidiaconatus vocatus, chanonici et ordinali de eccl.<sup>2</sup> S. Martini, per consensum et data licentia de alii presb. et diac. seo cl. cumfratribus vestris, per cartula livell. nom. ac censum etperexolv. dediste mihi tres portionis de cassina et res massaricias in l. et fin. Blaclano, quas ego ad lab. abere videtur,<sup>3</sup> pertinentes eccl. et canonicha vestra; ut in mea vel de meis etredibus sin potestate eas abendi et usumfructuandi. Vobis vel ad supcessoribus vestris per singulos anno in vendemia a palmento in suprascripto l. Blaclano rendere debeamus sist. XLVIII de vino bono musto ad sist. iusto quartino venditorio de civ. Luca, et ego vel meos etredes suprascripto vino tragere aut fare tragere debeamus a canonicha vestra. Pena: arg. libr. x. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Iohanni. S. m. Gherardo f. Vuarini t. S. m. Robabel f. b. m. Bellicte t. S. m. Lieti f. b. m. Boniti t. Adam not. imp.

*Originale: Q. 101; Regestum B, c. 54 v.*

<sup>1</sup> *Le parole quartodecimo kal. magi furono scritte dopo nello spazio lasciato in bianco.* <sup>2</sup> *Il passo da a ordine fino a eccl. è scritto su rasura.*

<sup>3</sup> *Così l'orig. per videor*

266.

*Roma, 18 Ottobre 1057.*

Stephanus (papa). Omnibus sacerdotibus, levitis universisque sacris ordinibus Luce commorantibus, seu omnibus plevibus, cl., acolithis, subdiac., diac., presb. suburbanis Luc. episcopatus et omnibus successoribus eorum. Ob interventum coepiscopi nostri Anselmi Luc. ep. simulque Benedicti Belletrinsensis ep. et Bonifatii Alban. ep. et Humberti S. Rufinae Sedis ep. nec non Petri Lavican. ep. simulque Iohannis Portuen. ep. nec non et Hildebrandi S. Rom. Eccl. subdiac. aliorumque nostrorum fidelium constituimus et confirmamus, ut a nulla persona ad secularia iudicia pro qualicumque controversia pertraantur, vel ante secularia iudices examinentur nisi ab eorum presulæ, et ut nullus in domibus eorum aliquam invasionem facere audeat, vel tributum

sive redditum seu superimpositum eisdem minime imponatur vel requiratur; et ne aliquis audeat se intromittere sine legali iudicio de suppellectilibus eorum sive servis seu de eorum colonis nec non mobilibus et immobilibus. Insuper concedimus, ut eorum advocatus nisi solus iuret, sicut in Rom. Eccl. agitur. Si quis huic privilegio contrarius extiterit, compositurus existat auri libr. x. Scriptum per manus Gregorii not. et scriniarii S. Rom. Eccl. in mense oct. et ind. xi. Dat. Romę per manus Humberti S. eccl. Silvę Candidę ep. et bibliothecarii S. Rom. Sedis a. Stephani IX pp. I, xv kal. nov., ind. xi.

*Originale*: BB. 9; *Copia cart. sec. XVII, nel cod. dell'arch. Capitt.*: P 8 XI, c. 10. *Murator, Antiq. It.*, V, 973; *Ughelli, Italia sacra*, I, 2<sup>a</sup> ed. 807 estr.; *Manst*, XIX, 865; *Di Poggio, Saggio di stor. eccles.*, 190 estr.; *Migne*, CXLIII, 871 n. 2; *Barsocchini*, V par. I, 265 estr.; *Cappelletti*, XV, 511; *Jaffé*, n. 3316; *Jaffé-L.*, n. 4373; *Kehr, Italia Pontificia*, III, p. 406, n. 1. *Cf. il reg. n. 170.*

267.

1057.

« Offersio Teperti iudicis, q. Matholinus dicebatur, qd. Teperti de quarta parte predictę terre,<sup>1</sup> ad canonicam S. Martini. A. Domini MLVII ».

*Regestum A*, c. 22 v.

<sup>1</sup> *Cf. il reg. n. 237, cui si riferisce.*

268.

10 Aprile 1058.

« Offersio a Georgio qd. predicti Bonithi<sup>1</sup> de sua portione predictarum quinque petiarum, q. erat de medietate trium portionum medietas.<sup>2</sup> A. Domini MLVIII, quarto ydus aprelis ».

*Regestum A*, c. 8.

<sup>1</sup> *Cf. il reg. seguente, cui si riferisce. Cf. pure i regesti nn. 200, 201, 207, 208.* <sup>2</sup> *Il passo da q. erat fino a medietas è scritto nel margine.*

269.

Lucca, 29 Aprile 1058.

A. MLVIII, III kal. magi, ind xi. Nos Bonfilio f. b. m. Boniti et Bona iugalibus filia Bonefidi, ego Bona consentientes mihi viro meo, ubi interesse videtur notitia Sigfredi iudex imp., ad quibus interrogata sum se[quente]r etdicti paginam, per hanc cartula pro animabus nostris remedium offerrimus tibi eccl. et kanonicha S. Martini, qui est constructa infra civ. Luc., nostra portionem de quinque petiis de terris in l. et fin. Saltucclo prope Chamagiani; una, tenentes: uno capo cum uno lato in via publica, alio capo in terra regi, alio lato in terra qd. Boniti et in terra qui detinet Bonio da Riolo; secunda, tenentes: uno capo cum uno lato in via publica, alio capo cum alio lato in terra qd. Rodulfi comes: tertia d. Pisscinule, tenentes: uno capo in via publica,

alio in terra Teuti da Piemale, lato uno in rivo, alio in via et in terra qd. Rodolfi comes; quarta in ipso l., tenentes: uno capo in via, alio in terra Donati et de consortibus suis, lato uno in terra Venerandi et de consortibus suis, alio in terra S. Martini; quinta d. Rongnatico, tenentes: uno capo cum uno lato in via publica, alio capo in terra qd. Lei iudex, alio lato in via publica et in terra Acti et de consortibus suis. De has quinque petiis, quod sunt campora, quod sunt inter totis ad pert. mensuratas mod. vi et sist. iv, competi nobis de medietatem de tres portionis medietatem. Nostra portionem tibi eccl. offerre prevedemus, ut ab odierna die in ipsius eccl. et kanonicha et de presb. et diac. seo cl., q. in predicta eccl. pre tempore ordinati fuerint, in eorum sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Et si aliquando nos vel nostris eredibus tibi eccl. et de presb. et diac. seo cl. suprascripta portionem intentionaverimus, spondimus componere suprascripta portionem in duplum. Da aliis hominibus per vos ipsi eas defendere debeat cum cartula ista. Act. Luca. S. m. Bonfilii et Bone, Bonfilio eidem Bone conius sua consensi. Sigefredus iudex inp. interfui. Sighinulfus not. imp. t. ss. S. m. Henrichi f. b. m. Elditi t. S. m. Singnorecti f. b. m. Ceci t. Cerbonius not. imp.

*Originale: P. 57; Regestum A, c. 8. Cf. 4 regesti nn. 200, 201, 207, 208, 268.*

270.

*Lucca, 4 Maggio 1058.*

A. MLVIII, IV non. magi, ind. XI. Nos Gherardo, que Morecto v., f. b. m. Gherardi et Matilda iugalibus filia b. m. Sisemundi, ego Matilda comsentientes mihi vir meus, ubi interesse videtur notitia Petri iudex sacri pal., ad quibus interrogata sum se(que)nter edicti paginan, per hanc cartula pro animabus nostris eremedio hofferrimus tibi kanonica de eccl. piscopatui S. Martini Luc. res nostra, ubi fuit casa et res massarcias in l. et fin. u. d. Montisciano prope Massagrosi, quas Martino qd. Lei et Stefano cum suis consortibus ad lab. abere videtur; ut ab odiernan die de presb. et diac. seo cl. q. in ipsa eccl. ordinati sunt, in eorum sin potestatem suprascripta res cum suan pertinentia eas abemdi recliendi et usumfructuamdi. Pena dupli, et imsuper arg. libr. xx. Act. Luca. Gherardo ss. et coniungie mee consensi. S. m. Matilde. Petrus iudex sacri pal. interfui. S. m. Ugulini f. b. m. Vuidi t. Petrus t. ss. Benbonus t. ss. Alboni not. imp.

*Originale: R. 178. Nel verso, da mano del sec. XIII: De isto masio debent reddere filii Fralmi sol. v, sicut credo.*



271.

3 Novembre 1058.

« De eisdem terris<sup>1</sup> libellum datum a Iohanne archipresb. S. Martini Leoni qd. Bellini pro XL star. musti;<sup>2</sup> quarum prima, campus,<sup>3</sup> tenet: caput in via publica, alterum in terra Lei, latus in terra filiorum Rustichi, alterum in terra Lei Lambardi; secunda in eodem l., campus et vinea prope Pratum Lambardorum de Vaccule, que tenet: caput in terra suprascripti Lei Lambardi, alterum in terra S. Martini, latus in terra S. Pantaleonis et Bonacci, alterum in terra predicti Lei Lambardi et in terra suprascripti Rustichi. A. MLVIII<sup>o</sup> >.<sup>4</sup>

*Regestum A, c. 47 v e c. 45 nel margine; Regestum B, c. 64.*

<sup>1</sup> Cf. *il reg. n. 157, cui si riferisce.* <sup>2</sup> *Il Reg. A a c. 45: unde ipse reddidit postea sol. III pro vino. Il Reg. B: star. XI vini ad quartinum* <sup>3</sup> *campus è nell' interlineo.* <sup>4</sup> *Il ms. aggiunge: De Leone Bellini fuit Lambertus de Riosparto, de quo Donatus, de quo Tolomeus, set pro vino sol. III omni anno, sicut in carta libelli extra scriptum antiquitus invenitur. Il Reg. A stesso a c. 45: Modo, ut credo, Orlandus Guarmignani sol. v et III den. Il Reg. B ha: Manu Sighinulf not. M<sup>o</sup>LVIII<sup>o</sup>, tertio nonas nov.*

272.

Lucca, 13 Novembre 1058.

A. MLVIII, id. nov., imd. XII. Ego Anselmus, Luc. civ. ep., per hanc securitatis et firmitatis paginan lar(g)imus adque emittimus in potestate vestra Taiberto et Homicio seo Bonitio presb. et vestrorum confratum, q. vobiscum comune vita ducturi sunt, eccl. S. Petri Apostori, que est sup iure et dominio nostri etpiscopatus, que inucusque in ladicorum<sup>1</sup> ominum permansit potestatem, positan in l. que d. Potieuli prope rio Nero et prope rivo que d. Tactiula et prope padule; ut in vestra sin potestatem una cun onnibus terris seo rebus et pertinentiis et aiacentiis suis. Est ipsa petia de terra, ecclesia super se abens, tenens: uno caput in rivo q. d. Tactiula, alio in rivo que d. Teupascio, latus unum in stra[ta] q. d. Romea, alterum in padule, quen supter vobis dare videor. Alteran petian de terra vobis concedimus, tenenten: unun caput in supradicto rivo Tactiula, aliut in supra[scripto riv]o Teupascio, latus unun in via q. d. Via Vinaria prope Cerrun posatorium, aliut in supradicta via Romea; tertian petiam de terra vobis lar(g)imur, q. est boscus et vocita[tur Carpinoc]elo, tenenten: unun caput in terra qd. Leonis iudicis et Farolfi gg., alterun cum uno latere in terra mon. Domini et Salvatoris de Sexto et aliquamtulun de [ipso latere in te]rra Brectuli et de suis consortibus, aliut latus in canneto; quartan petian de terra vobis concedimus, q. d. Padulis, tenenten: unun caput in via cararicia et [aliud in rivo Nigro], latus unun in terra et palude, quam nobis reservamus, alterun latus in terra, quam

vobis superius dare visi sumus. De suprascriptis petiis competit mihi, a parte nostri episcopatus S. Martini, tertian portionen. Mean portionen vobis concedimus una cun portionen nostre de suprascripta eccl. S. Petri cun omnibus que ad ipsa eccl. in antea pertinentes erunt, simul cun onnen offerensionen seo oblatione et murtuorun datio[ne quas deinceps in an]tea ibiden Dominus dederit; [ut vos et vestri succe]ssores ad communen vitan ducendan ea omnian habeatis et societis vobis cl. [seu diac.] et presbiteris secundum facultaten et qualitatē loci, abitantes ibi in domibus iusta prefatam eccl. positis, liceadque [vobis omnibus] vel illis quibus melior sententia secundum Deum visa fuerit, eligere unum de vobis vel de aliis, q. esse possit vobis priorem rectorem, ut vobiscum manead in communi vita et provideat vestris necessitatibus, et que sunt prefate eccl. cun vestro et aliorum vobiscum abitantium dispenset consilio. Volumus, ut in vestra, predicta eccl. cun omnibus terris et rebus, per[mane]at potestate et sit vobis facultas eam habemdi, officium Dei in eadem eccl. peragendi, predia laborare faciendi et usumfructuandi, et quicquid vobis oportunun fuerit agendi, [cum ac] pagina defensandi et onnia faciendi que vobis legaliter competere possunt. Nos nichil vobis aut vestris supcessoribus aliquid superponere de[beamus] [T]antun pro censu et iustitia, ut apparead predicta eccl. esse iuris nostri episcopatus, constituimus ut per singulos annos vos aut qualiscunque de vobis vel de vestris supcessoribus pro obedientia dare nobis vel nostris supcessoribus aut nostro ministeriali [sol. duo de den.] monete Luc., si ego vel mei supcessores voluerimus. Obligamus nos et nostros supcessores sub pena centum [libr. arg.], si que supra dicta sunt minuere et vos vel vestros confratres [communem vitam] ibi ducentes, molestare ausi fuerimus. Act. Luca. [Ans]jelmus ep. ss. [Iohannes iudex sacri pal.] ss. Raineri t. ss. Andreas t. ss. [S. m. Dominichi f. b. m.] Boniti t. [Benedictus not. imp.].<sup>2</sup>

*Originale: + 10; Copia del sec. XI, di Conradus not. imp. nell' arch. Arciv. : ++ L. 68. Bertini, IV, par. II, 136 n. XCVI. Cf. il reg. n. 261. Per le restituzioni mi sono servito della copia.*

<sup>1</sup> *L'orig. ha: laicorunt*    <sup>2</sup> *Il nome del not. si legge nella corroboratio.*

273.

1058.

« Libellum datum a canonicis S. Martini de eadem terra,<sup>1</sup> q. est star. xxxiii, predicto Guidoni<sup>2</sup> qd. Imillie pro xiiii star. grani. (A.) MLVIII<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 22 v.*

<sup>1</sup> *Cf. i regesti nn. 237, 267, ai quali si riferisce.*    <sup>2</sup> *Cf. il reg. n. 153, cui si riferisce.*

274.

1058.

« Offersio a Gontelda supradicta<sup>1</sup> f. Rodilandi uxore Rodolfi de Cella Barotta, de una petia terre q. est prope Tempagnanum et prope Piccioranum u. d. a Valle, q. (est) cultra una et star. VIII, que tenet: caput in terra Alberti, alterum in terra Benjamin, latus in terra Grimaldi de Tempagnano et in terra Iochi de Brancalo, alterum in terra Baroni. A. Domini MLVIII<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 13.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 325, cui si riferisce.

275.

1058.

« Refutatio Cuniti qd. Sigithi ad eccl. S. Martini de masio in Octavo u. d. Pastignone, quod regebatur per Pepum massarium. A. Domini MLVIII<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 4.*

276.

15 Marzo 1059.

« Offersio ab Ilditho, q. Bonus voc., qd. Dombelli,<sup>1</sup> de quinque petiis terrarum in Vicopelago; prima cum eccl. S. Zenonis,<sup>2</sup> q. caput tenet in via, alterum in riale et classo, latus in via publica, alterum latus in terra S. Pontiani; secunda petia d. Riondolo, que undique circumdatur viis; tertia est vinea, q. tenet: caput in riale et classo et unum latus in terra S. Pontiani, et v. in Capannule; quarta est vinea, q. tenet: caput in via publica, alterum caput cum ambobus lateribus in terra S. Pontiani; quinta d. Insula prope Ausure, q. tenet: caput in Ausure ».<sup>3</sup>

*Regestum A, c. 43 v; Regestum B, c. 62 v.*

<sup>1</sup> qd. Dombelli è nell' interlineo.    <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: que modo ibi non est    <sup>3</sup> Il Reg. B aggiunge: Manu Petri not. M<sup>o</sup>LVIII<sup>o</sup>, idus martii.

277.

Lucca, 22 Agosto 1059.

A. MLIX, XI kal. sept., imd. XII. Ego Vualderada, q. Vuactia v., re(li)cta qd. Fraolmi, q. Barone voc., et filia b. m. Ildebrandi, per comsemsum et data licentiam Teuderichi g. et mumdualdo meo et f. suprascripti Ildebrandi, per anc cartula pro anime mee remedio et pro remedio anima suprascripti qd. Baroni offero tibi eccl. kanonicha domui etpischopatui S. Martini Luc. meam portionem de una petia de terra cum casa solariata et turre et schales super se abentes a petre et a calcina seo adrena constructa et levata esse videtur, seo curte et puteo et cassinis super se et orto totas insimul compreemsa, qui esse videtur infra civ. Luc. prope eccl. B. S. Reparate et Beatorum

SS. Pantaleoni et Nicholai et Iohanni Bactista et prope chanonicha S. Martini et prope eccl. B. S. Stefani, et est tenentes: uno capo cum uno lato in via plubicha, alio capo in terra Borninghi presb., alio lato in terra et via et intrato(rio) comunale, qui percurrit di fini via plubicha usque ad suprascripto puteo et usque ad suprascripta curte, unde suptus meam portionem offerre prevideor, et in terra Andree f. b. m. Lughitie et im terra Ceci, que d. da Rota, et in terra qd. Iohanni et im terra Chuniti et Bungghi et Bellomi de Octavo et de suorum consortibus et in terra Paganelli cl. f. Chuniti. Competi mihi de quartan portionen quartam portionem. Mean portionen offerre prevideor una cun meam portionem de suprascripta via et intratorio, ut ad odiernam die de presb. seo diac. seo cl. quas in ipsa eccl. ordinati sunt et fuerit et ipsa eccl. officium Dei fecerint, in eorum sint potestaten eas abendi et usumfructuandi. Non abeat potestatem ullus ep. suprascriptam portionem alienandi neque in beneficio dandi. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Vualderade. S. m. Teuderichi g. et mundualdo ipsei Vuactie, consentientes. [...] imp. t. ss. [S. m.] Contuli f. b. m. Vuillie et Adam f. b. m. Ermitie tt. [S.] m. Iohanni f. b. m. Homici t. Petrus not. imp.

*Originale*: N. 88. *Nel verso, da mano del sec. XI*: Cartula ab uxore Baronis de S. Min(iato).

278.

1059.

« Libellum de medietate predicte terre<sup>1</sup> datum Petro et Albitho gg. qd. Martini a canonicis S. Martini pro LVII star. grani et xxxv fabarum. (A.) MLVIII<sup>o</sup> ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 10.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 192, cui si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: Ab istis descendit domus Rossillionis de Arcu et consortium. La stessa cosa è ripetuta da mano sincrona nel margine. Cf. il reg. seguente.

279.

1059.

« Libellum de alia medietate<sup>1</sup> datum Gerardo qd. Guidi et Ilditho, q. Bonus dicebatur, qd. Dombelli,<sup>2</sup> datum dico a canonicis S. Martini pro LVII star. grani et xxxvii fabarum. A. Domini MLVIII<sup>o</sup> ».<sup>3</sup>

*Regestum A, c. 10.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. precedente, cui si riferisce. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: a quo filii Dombelli de Porta S. Donati, e nel margine di contro a Dombelli da mano sincrona: Hii sunt Dombellinghi. <sup>3</sup> Il ms. aggiunge: Quod libellum modo non valet, nec superius.

280.

1059.

« Libellum de eadem terra<sup>1</sup> datum Guilielmo qd. Allucci<sup>2</sup> et eius heredibus et proheredibus a Sigifredo cl. canonico S. Martini pro star. xxviii grani, tractis ad canonicam per totum mensem augusti; q. terra est prope u. d. Pastino Donnucci et prope S. Bartholomeum et prope Modium, que tenet: caput in via publica, alterum in terra et orto qui fuit Adam Rodella, latus in terra canonicæ<sup>3</sup> S. Martini predicti, quam detinebat Lambertus diac. eiusdem, alterum latus in terra S. Marie. A. Domini MLVIII<sup>o</sup> ».<sup>4</sup>

*Regestum A, c. 10.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 182, cui si riferisce. <sup>2</sup> Nel margine, da mano coeva: De isto Allucinghi. <sup>3</sup> canonicæ è nell'interlineo. <sup>4</sup> Il ms. aggiunge: Hanc tenent modo Allucingi, q. descenderunt a Guilielmo predicti (sic), scilicet quidam illorum.

281.

1059.

« Offersio Benedicti not. qd. Homici et Prugne iugali, pro Petro not. qd. Bernardi, de una petia in Mugnano u. d. Vignale, que est xxxiii star., que tenet: (caput) in via publica, alterum in terra S. Martini, latus in terra Chere filie<sup>1</sup> Morentani et Villani filii eiusdem Chere, alterum in terra Gelse matris predicti Petri. A. Domini MLVIII ».

*Regestum A, c. 23.*

<sup>1</sup> Le parole Chere filie sono nell'interlineo.

282.

1059.

« Promissio Iohannis qd. Dominici de reddendo viii star. grani et viii<sup>1</sup> fabarum de eadem terra<sup>2</sup> Leoni presb., q. habebat eam a S. Martino pro ordine suo; q. terra est prope fluvium Ausuris de Turingo. A. Domini MLVIII<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 22 v.*

<sup>1</sup> Era v, nell'interlineo fu aggiunto iii <sup>2</sup> Cf. il reg. n. 114, cui si riferisce.

283.

Lucca, 1 Febbraio 1060.

A. MLX, ipsa die kal. febr., ind. xiii. Manifestus sum ego Ubertus, q. Urso v., f. b. m. Huberti, q. fuit not., q. Rabodo voc., quia tu Salamone primicerio f. Ficie per cartula livell. nom. ac censum perexolv. dedisti mihi una petia de terra, quod est campo, in l. et fin. Via Mezana u. d. Campo S. Dalmatii, quas tu eas in beneficio abis de pars eccl. etpiscopatui S. Martini istius civ., tenentes: uno capo in terra qd. Cighi, alio in terra eccl. S. Dalmatii, quas ego per libello abeo da te, lato uno in via publica, alio in terra qd. Gheri et in terra S. Petri; ut da modum in mea vel de meis eredibus sint potestatem eas abendi et usumfruc-

tuandi. Tibi vel ad successoribus tuis per omnem mense ian. rendere debeamus, hic Luca, arg. den. XII de moneta de Luca. Pena: arg. lib. x. Duo libelli. Act. Luca. Hubertus ss. Petrus t. ss. Emmo t. ss. S. m. Morecti f. b. m. Porcelli t. Raineri not. imp.

*Originale: P. 6. Nel verso, da mano del sec. XIII: De Beneficio Primiceratus.*

284.

*Lucca, 15 Marzo 1060.*

A. MLX, id. mart., ind. XIII. Ego Bono f. b. m. Boniti per hanc cartula pro anime mee remedium iudico adque confirmo in potestate vestra Lanberto diac. f. b. m. Bertem et Hugho f. b. m. Roofi medietatem de duo petiis de terris, quam abeo in l. et fin. Vaccule prope eccl. S. Marie u. d. in Scopetulo et vocitatur Collestradi; una cum cassina super se<sup>1</sup> abentes, seo curte et vinea adque campo tota insimul, tenentes: uno capo in rivo, alio in montem et in terra Salamoni et in terra Lei qd. Martini, lato uno in classo et simitula, alio in terra S. Martini et in sterpeto comunale; secunda, quod est vinea et silva, tenentes: uno capo in classo, alio in sumo colle, sicut ibi intermedio singna et termina posite sunt, et in simitula, lato uno in terra Rustichi qd. Lei, alio in fossa, qui percurit usque in terminum, q. est in sumo colle in caput ipsius fossa, qui est vinea et sterpeto. Iudicare videor quatenus ut ad presenti die, tam in vita mea quam e post obitum meo in vestra, tam vos ambo insimul, quam e uno de vobis, q. hunc meo iudicato pre manibus abuerit, vel eius etredes sin potestate eas abendi et ussumfructuandi, et uno sine alio licentia et potestate abeatias causas agendi cum cartula ista, seo vendendi et iterum iudicandi. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Boni. Vuido not. imp. t. ss. S. m. Gherardi f. Brune t. S. m. Dominichi f. b. m. Iohanni t. Adam not. imp.

*Originale: G. 44; Regestum A, c. 45.*

<sup>1</sup> *L'orig. ha: set*

285.

*18 Dicembre 1060.*

« Rustichus condam Morecti obtulit Luc. capitulo omnes terras et maseum et res alias, quas habebat in iudicaria plebis S. Macarii u. d. a Nitrati, que detinebantur per Gerardum massarium, ut continetur manu Rodulfi not. (A.) L°LX°, xv° kal. ianuarii ».

*Regestum B, c. 79 v; Regestum A, c. 5. Il Reg. A: Offersio canonice S. Martini a Rustico qd. Morecti de tertia portione unius masii in plebeio S. Macharii u. d. a Titiri, quod regebatur per Gerardum massarium. A. Domini m sexagesimo. Hoc masium detinuit postea Martinus de Titiri pro den. xxxii; de quo fuit Bentivegna conversus noster.*

286.

*(Non dopo il 1060).*

« Offersio<sup>1</sup> de eisdem terris<sup>2</sup> ab Ingitha f. Guidi, uxore predicti Aghini ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 44 v. Cf. per la data i due regesti seguenti.*

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge: in sacco communium cartarum*    <sup>2</sup> *Cf. il reg. n. 264.*

287.

*(Non dopo il 1060).*

« Ex libello antiquo dato primo Ingithe<sup>1</sup> f. Guidi de terris, q. fuerunt Aghini, et postea renovato in persona Lamberti,<sup>2</sup> q. Sandone dictus est, et in persona predictae Ingithe uxoris eius, pro sol. VII et dim(idio), sunt tres petie in Vicopelago prope eccl. S. Georgi<sup>3</sup> et una alia petia est u. d. Crucicche u. d. Sambuche iuxta terram S. Michaelis da Foro, que est vinea et olivetum; et VI petie sunt in Vaccule, prima ex istis est prope eccl. S. Laurentii u. d. a Pancule cum casa et orto et curte; secunda ibidem cum casa, q. tenet latus in cavina; tertia est vinea et d. Sapi-netulo, que tenet: caput in monte, alterum in Colle Sterculi, et latus in classo; quarta est olivetum; quinta est campus et d. a Rio, que tenet caput in Guappalo; quinta in predicto loco iuxta terram, q. fuit filiorum Glandi de Burgo; sexta d. a Colle, que tenet caput et latus in terra episcopatus S. Martini ».

*Regestum A, c. 44 v. Cf. per la data il reg. seguente.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. precedente e il reg. seguente.*    <sup>2</sup> *Nel margine: Pro quo postea Falcone f. Raineri cum consortibus. De Falcone fuit Luttieri.*    <sup>3</sup> *Il ms. aggiunge: De quibus, sicut credo, filii Ubilane, idest Guido Rosso et Barlectus reddunt xx den. pro parte predicti libelli.*

288.

*1060.*

« Ex libello dato a canonicis S. Martini<sup>1</sup> Lamberto, q. Sandone voc., f. Umbrine, et Ingithe uxori eius filie Guidi de multis terris et casa in Cortina pro x sol. post mortem ipsius Lamberti, sunt v petie de terra in Brancalo, scilicet sextadecima et xviii<sup>a</sup> et xviii<sup>a</sup> et nonadecima et vigesima, q. in ipsa connumerantur. Quarum prima est a Finicule cum casa et orto et vinea insimul comprehensa, q. tenet: caput in via publica, alterum in terra Rustichi, latus in terra Guidi, alterum in terra Petri et consortium; secunda in eodem l., vinea, q. tenet: caput in via publica, alterum in terra Rotthi et Petri gg., latus in terra suprascripti Guidi, alterum in terra Fuschi; tertia, vinea, in eodem l., que tenet: caput in via publica, alterum in terra predicti Rotthi et Petri, latus in terra predicti Fuschi, alterum in terra Petri; quarta in eodem l., tenet: u(num) caput in via publica, alterum in terra suprascripti Rothi et Petri, latus in terra predicti Guidi, alterum in

terra Teuthi; quinta d. Ritonda, tenet: u(num) caput in via publica, alterum in terra suprascripti Teuthi, latus in terra Petri et Boni, alterum in terra suprascripti Fusci; sexta d. Aniano, in eodem l. Brancalo, et d. a Valle, q. est cum casa et vinea insimul, q. tenet: capita ambo in viis publicis, latus in terra Benedicti, alterum in terra, q. fuit Benedicti. A. Domini MLX<sup>o</sup> ». <sup>2</sup>

*Regestum A, c. 9 v.*

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge:* in sacco communium cartularum <sup>2</sup> *Il ms. aggiunge:* Pro predicto Lamberto reddidit nobis postea predictos x sol. Falcone, de quo fuit Lutterius, quas terras iudicavit nobis Aginus cl. S. Martini et quidam alii. Modo vero redduntur in Cortina pro ipso Lutterio Falconis et filiis Corbi sol. viii et den. vii, de qua domo, q. ponitur in ipsa carta libelli in principio; alios vero xvii den., qui desunt de libello, redduntur a filiis Primicerii et consortibus.

289.

1060.

« Libellum datum a canonicis S. Martini de eodem masio<sup>1</sup> Sighifredo cl. qd. Gerardi pro sol. iii in ianuario, quod masium<sup>2</sup> rectum fuerat prius per Martinum et Iohannem gg. qd. Marchi, q. supranomen d. Morelli, et per Bonium et Petrum, q. Ruffino<sup>3</sup> d., gg. qd. Ursi et per Getthium et Martinum gg. qd. Sabbatini et per Andream qd. Petri massarios, tunc vero regebatur per filios predicti Martini et Ursi, q. Morelli dicebantur. A. Domini MLX<sup>o</sup> ». <sup>4</sup>

*Regestum A, c. 8.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. n. 236, cui si riferisce.* <sup>2</sup> *Segue regebatur espunto.* <sup>3</sup> *Così il ms.* <sup>4</sup> *Il ms. aggiunge:* De supradicto descenderunt filii Lutterii Racchi, q. predictam pensionem reddebant; modo vero Nocte de Classo, per comperam factam ab ipsis filiis Lotterii, reddit predictam pensionem.

290.

1060.

« Offersio ab Adam<sup>1</sup> not., q. Termus d., de i petia terre in Vico Alais, que tenet: (unum caput) in via publica, alterum caput cum latere in terra Coçanese et in terra S. Martini. A. Domini MLX, quartodecimo \* \* ».

*Regestum A, c. 5 v.*

<sup>1</sup> *Segue ripetuto ab Adam*

291.

Vorno (Lucca), 15 Gennaio 1061.

A. MLXI, xviii kal. febr., ind. xiv. Ego Rustico f. b. m. Vuidi, quia tu Ghisla f. Saracini dedit michi Tegrino, que Cosa v., f. b. m. Ranpi nuscha una de auro pro persona tua, per hanc paginam repromicto tibi, ut nunquam abeamus potestatem, nec ego neque meos heredes, intentionare neque molestare nullam de tua portione, quod est de medietatem tres portionis de quatuor petiis de terris, quod sunt canpora, in l. et fin. Verciano; una d.



Canpo da Andrea Alamanno, tenentes: uno capo cum uno lato in via publica, alio capo in terra Ursi et Teuperti iudex, que Mac-tiolino v., et in terra S. Angeli et in terra S. Salvatori de Cantiniano et in terra de filii qd. Gunditi et in terra qd. Bonfanti, alio lato in terra Macti cl.; secunda d. innanti Sancto, tenentes: uno capo in via publica, alio in fluvio Ausere, lato uno in terra qd. Bonacciani cl., alio in terra suprascripti qd. Bonfanti; tertia d. a la Chiusa, tenentes: uno capo in terra Sirichi et de suis consortibus, alio in terra, quas tibi supter promicto tuan portionem, et in terra Gherardi nepote meo et in terra Massarelli et in terra suprascripti Sirichi, lato uno in terra suprascripti Massarelli, alio in Ausere; quarta in ipso l., tenentes: uno capo in terra quas tibi supra promisi, alio in terra suprascripti qd. Bonacciani cl., lato uno in terra suprascripti Sirichi, alio in terra qui fuit Fredo-landi et suprascripti Massarelli. Sunt inter totis ad pert. mensuratas mod. vi minus sist. viii. Pena: arg. libr. xx. Act. in l. et fin. Vurno. S. m. Rustichi. S. m. Vuidi f. b. m. Lei et Saracini et Carboni gg. ff. Ceci tt. Leo not. imp.

*Originale:* O. 158.

292.

*Lucca, 17 Febbraio 1061.*

A. MLXI, XIII kal. mar., ind. xiv. Ego Vuilia mulier Lei et f. b. m. Ursi, quia tu Saracino f. b. m. Bonie dedisti mihi meritum, anulo uno de auro pro sol. cxx, consentientes mihi suprascripto vir meus, per hanc paginam repromitto tibi, ut numquam non abeamus potestatem, nec ego neque meos eredes, intentionare neque molestare nulla de decem petiis de terris, quas abes in l. et fin. Massa, q. d. Macinaria, et u. d. Costuiula; quattuor sunt vineis et quattuor campora et duo orti; neque de tua portione, quod est de quarta portione tres portionis de duo petiis de terris in suprascripto l. et fin. Massa et u. d. Costuiula, una cum casa super se seo curte insimul, et alia, quod est silva; neque de tua portione, quod est de tertia portione tres portionis de tres petiis de terris in suprascripto l. fin. Massa et u. d. Costuiula, una est oliveto, secunda est terra vacua, tertia est silva; neque de aliis terris et rebus tuis in suprascripto l. et fin., que mihi obvenit per ereditate de pars suprascripti qd. Ursi, quas tibi per cartula Raineri not. imp. ex comparationem obvenit a me ipsa. Pena: arg. libr. xx. Act. Luca. S. m. Vuilie. S. m. Lei vir ipsei Vuilie consentientes. Vitali t. ss. S. m. Boniti f. b. m. Fuschi t. S. m. Rustichi f. Petri t. S. m. Morecti f. b. m. Mori t. Raineri not. imp.

*Originale:* G. 51.

293.

*Lucca, 13 Luglio 1061.*

A. MLXI, III id. iul., ind. XIV. Ego Rusticha f. b. m. Iohamni, quia tu Gerardo f. b. m. Gerardi dedi[sti] mihi meritum, anulo uno de auro, consentientes mihi Ursone mundualdo meo, q. iudicato de meo mundio pre manibus abebat, per hanc paginam repromito tibi, ut numquam non abeamus potestatem, nec ego neque meos eredes, intentionare neque molestare nulla de tuam portionem, quod est quartam portionem de una petia de terra, quod est vinea, in l. et fin. Scleto u. d. Castagnetulo prope eccl. S. Bartiolomei, quas tibi per cartula Rodulfi not. inp. ex comparatione obveni ad me ipsa. Pena: arg. libr. x. Act. Luca. S. m. Rustiche. S. m. Ursoni mundualdo ipsei Rustiche consentientes. S. m. Rustichi f. b. m. Farolfi t. S. m. Gerardini f. suprascripti Ursoni t. S. m. Ildibrandi f. suprascripti b. m. Gerardi t. Rodulfus not. inp.

*Originale: E. 22. Nel verso, da mano del sec. XIII: In Scleto u. d. Castagneto, non nostre. Has terras tenet modo Asquinus qd. Arrini per libell. II sol., sicut continetur in instrumento libelli dato Ugoni qd. Cigi.*

294.

*20 Luglio 1061.*

A. MLXI, XIII kal. aug., ind. XIV. Manifesti sumus nos Cusco cl. f. b. m. Morecti et Lieta iugalibus filia Sigifridi not., q. Pepo v., quia ego Lieta professa sum ex nationem mean lege vivere Langobardorum, set nunc propter coniunctionem viri mei lege vivere videor Romana, ego Cusco eiden consentientes, per anc cartula venundamus et tradimus tibi Gherardo f. b. m. Gherardi nostra portionem de una petia de terra, quod est vinea, in l. et fin. Scleto u. d. Castagneto prope eccl. S. Bartholomei, quas mihi Cusco pertinere videtur de ereditatem de pars qd. Vuillie, q. Cica voc., qui fuit germana mea. Est tenentes ipsa petia de terra: uno caput in via et simitula, alio in cavina, lato uno in terra Bonosi et de suis consortibus, alio in terra Firmi. Est ad pert. mensuratas sist. VIII. Conpeti nobis de quartam portionem de tres portionis tertian portionem. Si de nostro iure plus inventa fuerit, similiter tibi eas venundamus et tradimus. Recepinus merito da Ildebrando g. tuo pro persona tua, anulo uno de auro. Repromictimus una cun nostris eredibus, tibi vel ad tuis eredibus, [ut] si nos vobis eas intentionaverimus, spondimus componere venditio in duplun. [Da al]iis ominibus per vos ipsi eas vobis defende[re de]beatis cum cartula ista et cun alie cartule et moniminas, quas abere potueritis. [Act...] S. m. Lieta. Cuscus cl. ss. et eidem Lieta [coniugi] mee consensi. Sigefredus iudex sacri pal ss. Gherardo t. ss. S. m. Singnorecti f. b. m. Il-

debramdi t. S. m. suprascripti Ildebrandi f. suprascripti b. m. Gherardi t. Antonio not. inp.

*Originale: E. 27. Nel margine inferiore, sul recto, si ha la notitia di altre due carte.*

295. *Segromigno (Lucca), 20 Luglio 1061.*

A. MLXVII, v id. oct., ind. vi. Ego Vuillielmus f. b. m. Aloni, q. Alluceii voc., per hanc cartula pro anime mee remedium offero tibi eccl. et canonica S. Martini, qui est constructa infra civ. Luca, meam portionem de una petia de terra cum casa, quod est sala, super se abentes a petre et a calcina seo arena constructa infra civ. Luca prope hecl. S. Anastasii, tenentes: uno capo in terra et casa mea et de consortibus meis, quas mihi reservo, qui detinet da nobis per libellum Iohannes, q. super nomen d. Cerbarese, et Petrus, q. super nomen d. Maleingenerato, sicut ibi intermedio singna et termina posite sunt, alio capo in terra suprascripti S. Anastasii, lato uno in classo comunale, unde tibi eccl. supter medietatem de meam portionem offerre provideor, alio in terra et curte mea et de consortibus meis, unde tibi eccl. supter similiter medietatem de meam portionem

offerre prevideor. De as petia cum casa competi mihi tertiam portionem. Meam portionem, una cum medietatem de meam portionem de suprascripto classo et de suprascripta curte cum puteo super se et de via et intratorio, qui percurrit fini via publica usque ad suprascripta petia, offerre prevideor, ut ab odierna die in ipsius heccl. et de presbiteri et diac. seo cl., q. ibi fuerint et officium Dei faciunt, in eorum sin potestatem eas abendi et usumfructuandi. Non abeam potestatem nullus ep. neque ulla potestas suprascripta tertiam portionem et predicta medietatem de mea portionem tollere neque comutare neque per libellum dare neque ullus ep. ad suus opus recolligere neque alienare. Pena dupli. Act. Luca. [S. m. Vuillijelmi. [Paulus not.]<sup>1</sup> sacri pal. t. ss. Ildebrandus t. ss. Vuido t. ss. Petrus not. imp.

*Originale: N. 70. Nel margine inferiore, sul recto si ha la notizia d'una carta del 1068, febbraio 13.*

<sup>1</sup> È certamente il Paulus del reg. n. 355.

344.

*Lucca, 25 Ottobre 1067.*

A. MLXVII, VIII kal. nov., ind. VI. Ego Bondie f. b. m. Petri per hanc cartula vindo et trado vobis Iohannes presb. f. b. m. Gumberti, q. Gumpitio voc., et Lanberto presb. f. b. m. Imillie tres portionis de meam portionem, quod est de medietatem duos portionis de casa et cassina et res massaricias in l. et fin. Gragnano u. d. Astraco; regere videtur per Petrus massario. Recepit meritum, nusca una de auro pro sol. XVI. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Bondii. S. m. Hughii f. b. m. Rodulfi t. S. m. Cuschi f. b. m. Cristine t. S. m. Vuidi f. b. m. Rustichi t. Petrus not. imp.

*Originale: E. 147.*

345.

*Lucca, 4 Dicembre 1067.*

A. MLXVII, prid. non. dec., ind. VI. Nos Bondie f. b. m. Petri et Vuillia iugalibus filia b. m. Pagani, consentientes mihi vir meus, ubi interesse videtur notitia Adalberti iudex imp., ad quibus interrogata sum sequenter etdicti paginam, per hanc cartula venundamus et tradimus tibi Iohannes presb. f. b. m. Gumpiti<sup>1</sup> medietatem de nostram portionem de casa et cassina et res massaricias in l. et fin. Gragnano u. d. Astraco; regitur per Petrus massario. Competi mihi medietatem. Pretium recepit meritum, arg. pro sol. XVI. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Bondii et Vuillie, Bondie eidem conius sua consensi. Adalbertus iudex imp. interfui.<sup>2</sup> S. m. Iohanni f. b. m. Alboni t. S. m. Rolandi f. b.

m. Baroncelli Tiopo t. S. m. Cirondi f. b. m. Bonii t. Petrus  
not. imp.

*Originale*: E. 144.

<sup>1</sup> Gumpiti fu scritto dopo nello spazio lasciato in bianco; cf. il reg. precedente. <sup>2</sup> Adalbertus iudex imp. interfui è scritto su rasura.

346. 1067.

« Libellum de eisdem<sup>1</sup> (datum) Alberto<sup>2</sup> qd. Signorecti et Gisle iugalibus et filie Rodolfi ab eccl. S. Martini, pro sol. v. A. Domini MLXVII ».<sup>3</sup>

*Regestum A*, c. 11 v.

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 325, cui si riferisce. <sup>2</sup> Nel margine, da mano coeva: De hoc descenderunt Cellabarattani. <sup>3</sup> Il ms. aggiunge: Hanc pensionem reddebant Cellabarottani, que modo redditur pro ipsis in Spicciano.

347. *Ripa, (Gennaio-Febbraio) 1068.*

A. MLX[VIII], [...fe]bruarii, ind. VI. Ego Rustico f. b. m. Boniti per hanc cartula pro anime mee remedium offero tibi canonica S. Martini, qui est constructa intus civ. Luc. prope porta S. Gervasi, quartam portionem de duo petiis de terris meis, una cum casa super se seo curte et orto [et] vinea et campo insimul compremsa in Piscia Maiore prope l. q. d. Conputo. Est tenentes: ambo capitas [cum uno lato...], alio lato [in terra] Bulgari comes; alia, quod est [ortale] cum casalino super se, prope suprascripto l. q. d. [Con]puto: uno capo tenet in terra Singnorecti f. b. m. [...], [alio] caput cum uno latus in terra mea [et] in terra suprascripti Bulgari comes. De has, una cum casa, et alia, quod est ortale cum casalino super se, quartam portionem offerere provideor, ut in ipsa eccl. et de illi presb. et diac. seo cl., q. [ibi] ordinati fuerint et officium Dei faciunt, sint potesta[tem] eas abemdi et usumfructuandi. Non habeat [potestatem] nullus ep. neque nulla persona suprascripta quartam portionem tollere neque alienare. Pena dupli. Act. in l. q. d. Ripa prope castello de Octiano et prope Piscia Maiore. S. m. Rustichi. S. m. Buosi f. b. m. Beriti t. S. m. Gherardi f. Bonitie t. S. [m. ...]ti f. b. m. Upti t. Hildebramdu not. imp.

*Originale*: M. 49.

348. 1 Settembre 1068.

« Libellum de alia medietate<sup>1</sup> datum ab eodem Benenato Benedicto qd. Martini pro duobus star. grani et II fabarum. A. Domini MLXVIII, ipsa die kal. sept. ».

*Regestum A*, c. 32 v; *Regestum B*, c. 50. Il Reg. B ha: (Libellus) de una petia terre posita prope Portum Pothorese in confinibus Ronchi. Manu Bernardi not., e aggiunge: Cum qua sunt due alie carte simul plicate que renovata videtur.

<sup>1</sup> Cf. il reg. seguente, cui si riferisce.

349.

2 Settembre 1068.

« Libellum datum a predicto Benenato<sup>1</sup> qd. Lamberti, de medietate unius predictae petie de terra, quam ipse per libellum acceperat a S. Martino, que sunt<sup>2</sup> in Ronco prope Porto Pothorese, Pagano qd. Amithi pro ii star. grani et ii de fabis, que tenet: caput in terra S. Pontiani, alterum in terra S. Genesisii, latus in terra S. Martini, quam detinet Iohannes qd. Martini, alterum in terra S. Martini; de qua medietatem per hoc libellum accepit. A. Domini M sexagesimo octavo, quarto nonus sept. ».

*Regestum A, c. 32 v. Cf. il reg. precedente.*

<sup>1</sup> Cf. il reg. n. 299, cui si riferisce. <sup>2</sup> Così il ms.

350.

Lucca, 28 Novembre 1068.

A. MLXVIII, IV kal. dec., ind. VI.<sup>1</sup> Manifesti sumus nos Teutio et Benedicto gg. ff. b. m. Filie, quia vos Sandone f. b. Unbrine et Ingitia iugalibus filia b. m. Vuidi, consentientes tibi vir tuus, per cartula livell. nom. ac censum perexsolvi. dediste nobis vestram portionem de casa et cassina et res massaricias in l. et fin. u. d. Plebe S. Stefani u. d. a la Curte, qui recta esse videtur per Pagano massario. Conpeti vobis medietas. Dediste, ut in nostra vel de nostris erediibus sin potestatem eas abendi et usumfructuamdi. Esceptastis suprascripta petia de terra cum casa super se abentes sicut gronda de suprascripta casa ceciderit, quas nobis minime dediste. Vobis vel ad vestris erediibus per singulos annos in vendemia a palmentum<sup>2</sup> in suprascripto l. u. d. a la Curte rendere debeamus, de vino bono musto saume quatuor, abentes per unamquemque sauma sist. XXIV, ad iusto sist. quartino venditorio quale in classo Salariolo percurrit, et per omne mense novenber rendere debeamus infra hanc urbem Luca a casa abitationis vestre, arg. den., de moneta de Luca, numeros VIII. Pena: arg. sol. c de den. de moneta de Luca. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Teuti et Benedicti gg. S. m. Lei f. b. m. Horiti t. S. m. Dominichi f. b. m. Inghiti t. S. m. Benedicti f. b. m. Marie t. Rodulfus not. imp.

*Originale: F. 24. Nel verso, da mano del sec. XII: Hoc non habemus set habere debemus, quia Aginus (?) cl. obtulit huic ecclesie.*

<sup>1</sup> Nel nov. 1068 correva l'ind. greca VII. <sup>2</sup> Nel verso, da mano del sec. XI-XII: In mense sept. ii carra de musto.

351.

Borgo S. Frediano (Lucca), 19 Dicembre 1068.

A. MLXVIII, XIV kal. ian., ind. VII. Manifesti sumus nos Cignano et Ursico seo Pandolfo gg. ff. Pandolfi, genitor nostro nobis consentientes et supter confirmantes, quia tu Martino abbas



de eccl. et mon. Domini et Salvatoris sito l. et fin. Cantiniano per cartula livell. nom. ac censum perexolv. dedisti nobis quartam portionem de duo petiis de terris, quod sunt campora, in l. et fin. Cavalliano, pertinentes mon. vestro; una tenentes: uno capo in Frezone, alio in via publica, lateras anbas in terra qd. Sirichi et Bacari gg.; secunda in eodem l., tenentes: anbas capitas cum uno lato in terra qui fuit suprascriptorumdem Sirichi et Bacari, alio lato in via publica. Sunt inter anbo ad pert. mensuratas mod. xxxii. Dedisti, ut in nostra vel de nostris heredibus sint potestatem eas abendi et usumfructuandi. Tibi vel ad successoribus tuis per omnem mense aug. rendere debeamus ad mon. vobis, arg. den. xxxvi de moneta de Luca, si recipere volueritis. Pena: arg. lib. x. Duo libelli. Act. burgo S. Fridiani. S. m. Cinami et Ursichi seo Pandulfi. S. m. Pandulfi genitor ipsorumdem consentientes. Baldiccio t. ss. S. m. Raineri f. b. m. Corbi t. S. m. Adam, q. Sasso v., f. b. m. Bari t. Raineri not. imp.

*Copia del sec. XII, dt Dulcis not. imp.: E. 14.*

352.

1068.

« Offersio Erithi presb. f. Ingithe de medietate de sua portione, mediet. q. est octava portio de viii petiis terrarum in Lammari; prima est prope plebem de eodem l. cum cassina et curte et orto, que tenet: caput in rio Caprio, alterum in terra Bondii, latus in terra Becti Affollati, alterum in terra, quam similiter obtulit; secunda est campus u. d. al Potho, que tenet: caput in terra Bondii et in via, alterum in terra Morecti, latus in terra eiusdem Bondii cum alio latere; tertia est campus u. d. sub casa Bondii et tenet: caput in terra eiusdem Bondii, alterum in terra, quam detinet Homicio, et alterum in terra sua, quam similiter optulit, cum latere et alterum in terra quam similiter obtulit; quarta est vinea sub casa Petri Buthi, tenet: caput in via publica, alterum in rio, latus in terra, quam tenet idem Petrus, alterum in terra quam similiter optulit; quinta est campus ultra cassinam Angeli, tenet: caput in via publica, alterum in rio, latus in terra Stephani, alterum in terra Gontelde; sexta est campus, tenet: caput in terra Villani, alterum in via, latus in terra Bolgari, alterum in rio; septima est campus, tenet: caput in via et semitula, alterum in rio, latus in rio, alterum in terra Stephani; viii<sup>a</sup> est ortale cum cassina, tenet: caput in terra uxoris Stephani, alterum in rio, alterum in terra Morecti, alterum in semitula. Similiter obtulit in eadem carta in fin. Lammari u. d. in Isora, que tenet: caput in via publica alterum in semitula, alterum in terra, quam

detinet Leo de Picciorano, alterum in terra de Capianesi; de qua obtulit de duabus portionibus quartam portionem. Similiter obtulit suam partem de tribus petiis terrarum in Lammari; prima est in Ysora, tenet: caput in terra Angeli cum latere, alterum caput cum latere in semitula; secunda d. a le Gorgora, tenet: caput in terra Bonithi, alterum caput cum latere in semitula; tertia prope plebem de Lammari, tenet: caput in via publica, alterum cum latere in terra predicti Bondii, alterum in terra quam supra obtulit; de quibus tribus petiis obtulit de sexta portione quartam portionem. Similiter obtulit de duobus petiis terrarum in Lammari suam portionem, scilicet de tertia portione quartam portionem; quarum prima tenet: caput in rio et alterum in via, latus in terra Villani et alterum in terra quam similiter obtulit; secunda tenet: caput in via, alterum in terra suprascripti Bondii, latus in terra Homici. Similiter obtulit medietatem de omnibus casis et terris, quas habebat infra iudicariam de Lammari et Lunate. A. MLXVIII<sup>o</sup> ».<sup>4</sup>

*Regestum A, c. 9.*

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge:* De his terris reddunt filii Scornacapre de Lammari iii star. grani et vi milli.

353.

1068.

« Offersio a predicta Gontelda<sup>1</sup> f. Rodilandi de alia petia terre in Milliatiatico prope eccl. S. Laurentii, que tenet: (caput) in via publica et aliquantulum in terra S. Petri de Roma, alterum caput in terra Baldicinga, latus in terra S. Martini et suprascripti S. Petri et in via publica, alterum latus in terra suprascripti S. Martini et S. Marie Maioris; que est modiora duo.<sup>2</sup> A. Domini MLXVIII<sup>o</sup> ».

*Regestum A, c. 11 v.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. n. 325, cui si riferisce. Nel margine, da mano sincrona:* Hec fuit de Cellabarottanis et hanc pensionem recipimus pro Cellabarottanis, scilicet sol. x in Spiciani (sic). <sup>2</sup> *Il ms. aggiunge:* De qua sol. v a Cellabarottanis, qui dantur modo per commutationem in Spicciano ab hominibus de Lunghitha.

354.

10 Gennaio 1069.

« Libellum de medietate predictarum duarum petiarum<sup>1</sup> datum Ildebrando qd. predicti Raineri pro xlv den.<sup>2</sup> A. Domini MLXVIII<sup>o</sup> ».<sup>3</sup>

*Regestum A, c. 21; Regestum B, c. 15.*

<sup>1</sup> *Cf. il reg. n. 311, cui si riferisce.* <sup>2</sup> *Il Reg. B ha:* de argento. <sup>3</sup> *Il Reg. B ha:* Manu Petri not., M<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, III<sup>o</sup> idus ianuarii.

355.

*Lucca, 11 Marzo 1069.*

A. MLXIX, v id. mar., ind. vii. Ego Bonimino f. b. m. Bonimini, quia vos Martinus presb. et Rolandus cl. ordinarii de eccl. et kanonica S. Martini de piscopatu Luc. dedisti mihi meritum tu qui supra Martino presb., arg. pro sol. xx pro te et pro persona suprascripti Rolandi, per hanc paginam repromicto vobis da ammodum in antea ego Bonimino neque meos eredes neque per nulla nostra sumictente persona vobis neque ad vestris successoribus agere, neque causare, neque per placitum factigare facere non debeamus nulla de cassina et res massaricias in l. et fin. a Kamaiore, u. d. a Canpillione, quas qd. Canpillione massario ad manus suas abuit, neque de renditi et pensioni qui fiunt ad rendendum de cassina cum sua pertinentia, et est pertinentes cassina et res de kanonica S. Martini. Pena: arg. libr. L. Act. Luca. S. m. Bonimini. S. m. Raimundi f. b. m. Vuidi, q. fuit cl., t. S. m. Hughii f. Bulgari t. S. m. Raimundi f. b. m. Ioliete t. Paulus not. sacri pal.

*Originale: C. 36. Nel verso, da mano del sec. XIII: Qualiter Dominicus et Belincione statuerunt se manentes de manso in Canpillione.*

356.

*28 Marzo 1069.*

« Offersio Gerberge, q. Bulgarella dicebatur, relicta Cuni-mundi et f. Guidi, ecclesie S. Martini de tribus petiis in Vico Solari; prima d. Campus regis prope vineam Moringhi, que tenet: caput in via publica, alterum caput cum ambo lateribus in terra Ferrucci; secunda petia tenet: caput in terra regis, alterum in terra Erithi et est in l. u. d. Ysula; tertia in eodem l. Ysula, q. tenet: caput cum latere in terra Berithinga,<sup>1</sup> alterum caput in terra Iohannis, latus in terra Cottianese. A. Domini MLXVIII, quinto kal. aprelis ».

*Regestum A, c. 5 v.:*

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge: idest Porcartensium*

357.

*Lucca, 20 Giugno 1069.*

A. MLXIX, XII kal. iul., ind. vii. Manifesti sumus nos Vuido et Fralmi et Audemari gg. ff. b. m. Morecti, quia vos Blancardo [archi]diac. et Lanberto archipresb. seu Bardo cl. et primicerio atque Gaudio presb. et cantor kanonici et ordinarii de eccl. S. Martini de piscopatuum Luc. per consensum [de aliis] confratribus vestris per cartula livell. nom. ac cemsu perexsolv. dediste nobis vestra portionem de fundamento et casalino et res, ubi fuit casa et res massaricias, in l. et fin. Massagrosi u. d. [Late]re,<sup>1</sup> quas Cecio massario cum suis consortibus ad lab. abere videtur,

pertinentes canonicè vestre. Competi vobis quartam portionem et de tres portiones de quinque portiones quattuor portiones. Ipsa vestras portiones nobis dediste, ut in nostra vel de nostris eredi- bus sin potestatem eas abemdi et usumfructuandi. Vobis vel ad successoribus vestris per omnem mense febr. rendere debeamus, ic civ. Luca. ad pars canonicè vestre, vobis vel ad unum ex vobis, arg. den. LX de moneta de Luca. Pena: arg. libr. xx. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Vuidi et Fralmi seu Audemari gg. S. m. Vuidi, q. Pagano v., f. b. m. Morecti t. [S. m.] Gherardi f. b. m. Huberti t. m. [S. ...] f. Benedicti cl., q. Abate v., t. Rober- tus not. imp.

*Originale*: N. 169.

<sup>1</sup> *Credo sia Latere; cf. il reg. n. 31.*

358.

*Lucca, 30 Settembre 1069.*

A. MLXIX, prid. kal. oct., imd. VIII. Nos Martino presb. f. b. m. Martini et Moro cl. f. b. m. Boniti rectoribus de eccl. S. Alexandri, qui est constructa infra civ. Luca., per hanc car- tula livell. nom. ac cemsu etperezolv. dare videmus tibi Nuc- cina f. b. m. Alberighi, q. fuit not., que Albitio voc., medietatem da partibus ex uriemte de una petia de terra cum casa super se seo curte post ipssa casa tota insimul, qui esse videtur infra civ. Luca. prope suprascripta eccl., pertinentes suprascripte eccl. et nobis pertinemes per preceptum<sup>1</sup> paginam de pars suma Sede apostolica S. Rom. Eccl.; et est tenemes ipsa petia de terra: uno capo im via plubica, alio im terra et curtina suprascripti S. Alexandri, lato uno im terra et dimidio muro de casa et im curte suprascripti S. Alexandri, qui detinet Petrus faber, alio im terra et dimidia sepe seo dimidie colonne de casa et in curte, qui detinet Umgarello. Dare videmus, ut da ammodum im tua vel de tuis erediibus simt potestatem eas abemdi et usumfruc- tuandi. Nobis vel ad subcessoribus nostris per honnem memse agusto rendere debeatis, hic civ. Luca a pars eccl. S. Alexandri, arg. den. de moneta de Luca vi. E xi a nos vobis superinposueri- mus usque dum nos et nostris supcessoribus per preceptum aut per quacumque ordinem abuerimus, spondimus componere penam sol. c de den. de monetam de Luca, XII den. per singulos sol. rac- tionatos. Duo libelli. Act. Luca. Martino presb. ss. Moro cl. ss. Gherardus not. imp. t. ss. S. m. Iohanni f. b. m. Pacci t. [S. m.] Hughii f. Vitali cl. t. Hugo not. imp.

*Originale*: N. 96.

359.

Lucca, 2 Novembre 1069.

A. MLXIX, IV non. nov., ind. VIII. Manifestu sum ego Baldiccione f. b. m. Rodilamdi, q. fuit iudex,<sup>1</sup> quia tu Gomtelmo presb. et kanonicho de eccl. etpischopatui S. Martini Luc. per cartula livell. nom. ac cemsu etperexolv.<sup>2</sup> dedisti mihi et Vuiducci g. meo cassina et res massaricias in l. et fin. Massa q. d. Macinaria,<sup>3</sup> pertinentes kanonica S. Martini, que regere videtur per Ursicho massario et per Luchoro et Martino gg. massarii cum suorum comsortibus. Dedisti, ut in nostra vel de nostris ereditibus sint potestatem eas abemdi et usumfructuamdi. Tibi vel ad successoribus tuis per omne mense nov. remdere debeamus, hic civ. Luca ad pars predictae eccl., arg. den. de monetam de Luca LX, si recipere volueritis. Pena: arg. libr. x. Duo libelli. Act. Luca. Baldiccio ss. Conradus not. imp. t. ss. Hugo t. ss. S. m. Oppiti f. b. m. Berte t. Beraldus not. imp.

*Originale*: O. 20; *Regestum A*, c. 48 v. *Sul verso della carta, da mano del sec. XIII*: De isto Martino, de quo dicitur in ista carta, fuit Moretto, et de Moretto fuerunt Ugieri et Iohannes et Saccecto; modo nullus est ex his, set masia istorum habent filii Ricci.

<sup>1</sup> *Nel Reg. A*: qui fuit de domo filiorum Ricci *Nel Reg. stesso*: Libellum, unde debent reddere filii Ricci sol. v, et est finitum libellum. <sup>2</sup> *L'originale ha*: etperexomuendum <sup>3</sup> *Il Reg. A nel margine*: In Custogiora est hoc masium.

360.

1069.

« Offersio<sup>1</sup> a Petro qd. Dominici de medietate unius petie, q. est u. d. Ducaia prope Monticello, que tenet: (caput) in terra Asquini, alterum in terra alterius Asquini, latus in via publica, alterum in terra Carbonis; que tota est star. XXI et medietas. A. Domini MLXVIII ».<sup>2</sup>

*Regestum A*, c. 22 v.

<sup>1</sup> *Il ms. aggiunge*: in sacco communium cartarum <sup>2</sup> *Il ms. aggiunge*: Credo quod hec terra sit potius prope S. Allexium quam in Turingo. *La rubrica dice*: In Ducaia prope Monticello.

361.

1069.

« Offersio predictae Imillie,<sup>1</sup> q. Palia v., consensu Ildebrandi f. sui,<sup>2</sup> de omnibus, q. ipsa habebat in Corsagna et Serra et infra iudicaria de plebe de Decimo. A. Domini M sexagesimo nono ».

*Regestum A*, c. 4.

<sup>1</sup> *Cf. il reg. n. 244, cui si riferisce.* <sup>2</sup> *Il ms. aggiunge*: a quo Suffredingi descenderunt

362.

Lucca, 24 Marzo 1070.

A. MLXX, IX kal. apr., ind. VIII. Ego Villano f. b. m. Vuidi, q. fuit iudex imp., per anc cartula vindo et trado vobis Paccio

diac. et Cafaiaccio gg. ff. b. m. Gheriti meam portionem de casa et res massaricias in iudicaria de plebes S. Stefani u. d. a Ssala, quas Iohannes et Andreas massarii ad lab. abere videtur. Competi mihi de medietatem<sup>1</sup> tres portiones. Ad te Paccio recipit meritum pro te et pro persona de suprascripto g. [tuo,] de auro.<sup>2</sup> Pena dupli. Act. Luca. S. m. Villani. Rodulfus t. ss. Raineri t. ss. Gherardus t. ss. Paulus not. imp.

*Originale* : F. 18.

<sup>1</sup> medietatem è scritto su rasura. <sup>2</sup> Il passo da Paccio recipit ecc. Ano ad auro<sup>2</sup> è scritto su rasura.

363.

18 Agosto 1070.

« Ildebrandus, Henrigus et Soffredus gg. qd. Lamberti octulerunt Luc. capitulo suprascriptam casam<sup>1</sup> de Campo de Vico de Computo. Manu \* \*.<sup>2</sup> (A.) M<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>, XV<sup>o</sup> kal. sept. ».

*Regestum B*, c. 28 v.

<sup>1</sup> Cf. il reg. seguente, cui si riferisce. <sup>2</sup> Forse era Roberti not., cf. i tre regesti seguenti.

364.

18 Agosto 1070.

« Ildebrandus qd. Lamberti reddere tenetur Luc. capitulo den. XLVIII<sup>o</sup> de casis et rebus, quas habet in Computo in l. dicto Campo di Vico. Manu Roberti not. (A.) M<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>, quintodecimo kal. sept., videlicet de tertia parte ».

*Regestum B*, c. 28 v. Cf. il reg. precedente e i due seguenti.

365.

18 Agosto 1070.

« Arrigus qd. Lamberti reddere tenetur dicto (Luc.) capitulo den. XLVIII<sup>o</sup> de tertia parte duarum casarum positarum in Computo, in suprascripto loco.<sup>1</sup> Manu Roberti not. (A.) M<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>, XV<sup>o</sup> kal. sept. ».

*Regestum B*, c. 28 v.

<sup>1</sup> Cf. i due regesti precedenti, ai quali si riferisce.

366.

18 Agosto 1070.

« Sigefredus qd. Lamberti reddere tenetur annuatim eidem (Luc.) capitulo den. XLVIII de alia tertia parte suprascriptarum casarum,<sup>1</sup> per aliam cartam manu eiusdem not.,<sup>2</sup> sub eodem anno et die ».

*Regestum B*, c. 28 v.

<sup>1</sup> Cf. i tre regesti precedenti, ai quali si riferisce. <sup>2</sup> Cf. i due regesti precedenti, ai quali si riferisce.

367.

Lucca, 3 Dicembre 1070.

Alexander (papa). Volentes episcopatum Luc. ab omnibus infestationibus esse tutum et quietum, ne ab inuasoribus diminutionem p[atiat]ur f[irmamu]s et confirmamus episcopis eius omnes plebes ipsius episcopatus cum cappellis<sup>1</sup> infra eas edificatis et edificandis, ut quiete habeant et nullus rex, ep., abbas, marchio, comes, vicecomes, presb., clericus aut monachus invadat vel subtrahat a ditione et dominio predictorum [episcoporum, sed o]mnes administrantes iamdictis plebibus et cappellis debitam aut solitam oboedientiam illis persolvant. Si quis huic privilegio contrarius extiterit, compositurus existat auri libr. x, medietatem sacro nostro pal., medietatem Luc. ep. Dat. Luce, III non. dec., per manus P[et]ri S. Rom. Eccl. presb. card. ac bibliothecarii, a. x pont., MLXX, ind. VII.<sup>2</sup>

*Originale*: BB. 26. *Stigillo di piombo. Copia sec. XII arch. Arciv.*: Privil., n. 5; *Copia sec. XVII nel cod. dell'arch. Capit.*: P. 8 XI, c. 27. *Fiorentini, Memorie di Matilda*, 2<sup>a</sup> ed., doc. p. 52, n. 15; *Migne, CXLVI, 1360, n. 77; Bertini, IV par. II, 147, n. CIII; Jaffé, n. 3455; Jaffé-L., n. 4680; Kehr, Italia Pontificia, III, p. 388, n. 4.*

<sup>1</sup> Corretto da capellis da una mano coeva. <sup>2</sup> Nel dic. 1070 correva l'ind. romana VIII e la greca e la bedana IX.

368.

Lucca, 3 Dicembre 1070.

Alexander (papa). Omnibus cl. Luc. episcopatus. Ob interventum nostrorum fidelium constituimus et confirmamus, sicut sacrorum canonum demonstrat auctoritas et humane precipiunt leges, sicut etiam illis ab Octone imp. et reliquis imperatoribus concessum et confirmatum esse videtur, ut deinceps a nulla persona ad secularia iudicia pertrahantur, etc. (come nella Bolla di Stefano IX, 1057 Ottobre 18, cf. il reg. n. 266). Pena: auri libr. x. Dat. Luce III non. dec. per manus Petri S. Rom. Eccl. presb. card. ac bibliothecarii, a. x pont. Alexandri secundi pp., MLXX, ind. VII.<sup>4</sup>

*Originale*: BB. 2. *Stigillo di piombo, perduto. Copia sec. XVII nel cod. dell'arch. Capit.*: P. 8 XI, c. 23. *Pflugk H., Acta, II, 113, n. 148 e Iter, p. 194, n. 148; Jaffé-L., n. 4681; Kehr, Italia Pontificia, III, p. 407, n. 2.*

<sup>1</sup> Nel dic. 1070 correva l'ind. romana VIII e la greca e la bedana IX.

369.

1070.

« Offersio Cuschi<sup>1</sup> cl. qd. Ildithi de tertia portione unius petie in Trentora prope plebem S. Pauli, que tenet: caput in via publica, alterum in terra q. fuit Benjamin, latus in terra Iohannis, alterum in terra Alboni et de filiis Robabel; et similiter obtulit per eandem cartam unam petiam<sup>2</sup> de terra in Ruchi, unde olim reddebantur nobis sol. II.<sup>3</sup> A. Domini MLXX ».

*Regestum A, c. 17 v.*

<sup>1</sup> Nel margine, da mano coeva: Iste fuit de varvasoribus de Sugrominio.  
<sup>2</sup> petiam è nell'interlineo. <sup>3</sup> Il ms. aggiunge: set non modo

370.

1070.

« Offersio Bonii qd. Bonii, q. Asinellus dictus est, canonicè S. Martini de tribus portionibus medietatem<sup>1</sup> unius petie de terra, q. est in Selce S. Petri prope eccl. S. Salvatoris, que est media cultra; de qua obtulit tres portiones de medietate, q. tenet: caput in via publica, alterum in terra Singnorecti qd. Manciorini, latus in terra Rustici qd. Boni, alterum in terra filiorum Matholini iudicis. A. Domini MLXX ».<sup>2</sup>

*Regestum A, c. 30 v e c. 42 v.*

<sup>1</sup> Così il ms. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: De hac terra reddit Lutterius qd. Bulgarini cum consortibus sol. II. Il ms. stesso a c. 42 v. ha: De qua (terra) filii Bernardi qd. Bulgarini cum consortibus sol. II.

371.

2 Febbraio 1071.

A. MLXXI, IV non. febr, ind. IX. Manifestus sum ego Gherardus f. b. m. Sicchi, quia qd. Iohannes, q. fuit f. b. m. Albiti, per iudicati cartula, scripta ex manibus Cerbonii not. imp., pro anime sue eremedium confirmavit in potestatem qd. Lei f. b. m. Gherardi et in me Gherardo omnia ex omnibus casis et rebus suis cum movilias et familias seo cartule et moniminas, nutriminibus maioris vel minoris, quas tunc abebat vel in antea adquisisset; proinde modo ego, qui iudicato ipso per manun abeo, secundum ipsius Iohanni bonum dispositum, per hanc cartula pro anime me(e) remedio et pro remedio anime supradicti b. m. Iohanni ofero tibi eccl. et canonica S. Martini de piscopatam Luc. de ex predictis rebus, idest duabus petiis de terris, quod sunt campora, una in l. et fin. Tenpaniano, tenentes: uno capo in via publica, alio in terra de filii qd. Sigifridi et in terra qd. Grimaldi de predicto l. Tenpaniano, lato uno in terra et campo qd. Aimi et in terra de filii suprascripti qd. Sigifridi, alio in terra regi; que est ad pert. mensuratas sist. XL, minus tertian portionen de schalas una; secunda in l. et fin. u. d. a Sancto Prosperio prope supradicto Tenpaniano, et nocupatur a Felicaio, tenentes: uno capo cum uno lato in terra qd. Heriti, alio capo in terra qd. Gherardi, q. fuit iudex, alio lato in terra S. Alexandri et predicti S. Martini; que est ad pert. mensuratas sist. XVIII. Has duabus petiis, et si de meo iure plus inventa fuerit, offerrere provideor, ut ab odierna die in ipsius eccl. et de presb. et diac. seo cl., q. in ipsa eccl. ordinati fuerint et ibiden officium Dei fecerint, in eorum sin potestaten eas abendi et usumfructuandi. Non abeas potestatem nullus ep. neque nulla potestas suprascriptis rebus tollere neque alienare. Si ego vel meos eredes prenominatis rebus intentionaverimus aut rectolli quesierimus, spondeo una cum meis heredibus componere ad parten dicte eccl. predictis rebus in duplum. Da aliis hominibus per vos



defendere debeatis cum cartula ista et cum predicta iudicati cartu[la] vel cum eius exenplar et cum alie cartule et moniminas. [Act. ...] S. m. Gherardi. [S.] m. Ascoini f. b. m. Ferrucci t. [S.] m. Boni f. b. m. Dombelli t. S. m. Huberti da Sclava f. b. m. Alboni t. Robertus not. imp.

*Originale: H. 137; Regestum A, c. 12 v. Cf. il reg. seguente e il reg. n. 377.*

372.

*Lucca, 4 Febbraio 1071.*

A. MLXXI, prid. non. febr., ind. ix. Nos Blancardus archid. et Lambertus archipresb. seo Bardus cl. et primicerius adque Caudius<sup>1</sup> presb. et cantor canonici ordinarii de eccl. et canonica S. Martini de piscopatam Luc. una per consensum de aliis presbiteri et canonici seo cl. confratribus nostris per hanc cartula libell. nom. ad censum perexsolv. dare videmur vobis Bono cl. f. b. m. Algoti, q. fuit ex genere Lamannorum, et Sasso f. b. m. Iohanni duabus petiis de terris, quod sunt canpora, pertinentibus supradicte eccl.; una esse videtur in l. et fin. Tenpagnano, tenentes: uno capo in via publica, alio in terra de filii qd. Sifridi et in terra qd. Grimaldi, de predicto l. Tenpagnano, lato uno in terra et campo Ildibrandi f. b. m. Agimi et in terra de filii suprascripti qd. Sifridi, alio in terra regi; quod est ad pert. mensuratas sist. XLII; secunda in l. et fin. u. d. a Sancto Prosperio prope supradicto Tenpagnano et noepatur a Feliciao, tenentes: uno capo cum uno lato in terra qd. Heriti, alio in terra qd. Gherardi q. fuit iudex, alio lato in terra S. Alexandrii et predicti S. Martini; quod est ad pert. mensuratas sist. XVIII. Vobis eas dare videor,<sup>2</sup> ut da admodum in vestra vel de vestris eredibus (sint potestatem) eas abendi et usumfructuandi. Nobis vel ad successoribus nostris per omne memse ian. rendere debeatis, hic civ. Luca, ad partem ipsius eccl., nobis vel ad aliquis ex nobis, arg. den. de moneta de Luca sol. VII, XII den. per singulos sol. ratiornatos. Pena: arg. libr. xx. Duo libelli. Act. Luca. Blancardus, nomine tantum archid., ss. Lambertus, inmerito archipresb., ss. Gaudio presb. et cantor ss. Ildibertus presb. ss. Leo, solo nomine presb., ss. Guntelmus presb. ss. Martinus presb. ss. Gherardo ypodiacono ss. Albericus presb. ss. Sigefredus cl. ss. Cuscus cl. ss. Guntulinus cl. ss. Gherardus cl. ss. S. m. Saracini f. b. m. Boniti Bucchia t. S. m. Iohanni da Sancta Maria in Via f. b. m. \* \* t. S. m. Cichi f. Porcelli t. Robertus not. imp.

*Copta del sec. XI, di Rodulfus not. imp.: H. 170. Cf. il reg. n. 377.*

<sup>1</sup> Così la carta per Gaudius    <sup>2</sup> Così l'orig. per videmur

373.

*Lucca, 19 Febbraio 1071.*

A. MLXXI, XI kal. mar., ind. IX. Nos Rainerius not. et Buoso et Gualfredus cl. gg. ff. b. m. Seniorecti et Mardula genitrice eorum et relicta suprascripti Seniorecti et f. b. m. Seniorecti et Guntilda relicta b. m. Paccii et f. b. m. Ursi et Buona relicta b. m. Uberti, q. fuit f. suprascripti Paccii, et filia b. m. Benedicti, q. fuit not., consentiente mihi Mardula suprascripti ff. et mundualdi [mei] et nobis Guntilda et Buona Gherardo cl. et Lieto et Alberto gg. ff. mei qui supra Buona et ff. suprascripti Uberti, mundualdi [...] pro animabus nostris remedio et pro animabus etremedio qd. Rustichi presb., q. fuit f. b. m. Boni, et suprascriptis qd. Seniorecti et Paccii gg. et Glandulfi cl., q. [...] b. m. Paccii, offerimus tibi eccl. et canonica S. Martini episcopatui Luc., constructa infra Luc. civ. iusta muros de ipsa civ., nostram portionem, que est de medietate tertia portione et de alia tertia portione quartam portionem, de casa et res massaricia infra iudicaria de plebe S. Stefani in l. et fin. u. d. a Conthano, quam Baruco massario cum suis consortibus ad lab. abere videtur, ut ab odierna die sint potestatem de presb. et diac. seu cl. q. ibi ordinati sunt aut fuerint, eas abendi et usufructuandi. Pena dupli. Act. Luca. Raineri not. et Mardule matri mee consensi ss. S. m. Buosi et Mardule, Buoso matri consensit. Gualfredus cl. matri mee consensi ss. S. donni m.<sup>1</sup> Guntilde et Buone, Gerardo cl. et Lieto et Alberto gg. eisdem Guntilde [...] mundualde eorum consenserunt. S. donni m.<sup>1</sup> Alberti et Pagani gg. ff. b. m. Benedicti, q. fuit not., et Villani f. b. m. Martini tt. Gherardus not. imp.

*Copta del sec. XII-XIII, di Oddus imperialis aule iudex et not.: F. 14; Regestum B, c. 75.*

<sup>1</sup> Così la carta per S. ✠ m.

374.

*19 Febbraio 1071.*

« Buosus f. Singnorecti iudicavit Luc. capitulo suam portionem, q. est medietas de casa et aliis rebus, quas habebat infra iudicariam plebis S. Stefani u. d. Conthano; ut continetur in exemplo manu Oddi not. (A.) m°LXXI°, XI° kal. martii ».

*Regestum B, c. 75.*

375.

*28 Luglio 1071.*

« Carbone et Guillelmus gg. ff. qd. Inghithi iudicaverunt Luc. capitulo eorum partem de casis et cassalinis et rebus omnibus, quas habebant in Sogromineo, in l. u. d. Camulliano, que detinentur per Martinum et Russum massarii et per Dominicum

et per Martinum et per Dominicum, ut continetur manu Rodulfi not. (A.) M<sup>o</sup>LX(X)I<sup>o</sup>, v<sup>o</sup> kal. aug. ».

*Regestum B, c. 24. Ritengo che la data sia MLXXI e non MLXI, come avrebbe il reg.; cf. il reg. seguente.*

376.

*Luca, 28 Luglio 1071.*

A. MLXXI, v kal. aug., ind. IX. Manifesti sumus nos Carbone et Vuillielmus gg. ff. b. m. Righiti, quia vos Blancardus archid. et Lanbertus archipresb. et Bardus cl. et primicerio et Gaudio presb. et cantor, ordinarii de eccl. et ca(no)nika S. Martini de episcopatus Luc. per cartula livell. nom. ac censum etpe-rexolv. dediste nobis nonam<sup>1</sup> portionem de octo inter casis et cassinis et casalinis et terris et rebus in l. et fin. Sugromin(i)o pertinentes kanonica S. Martini; una, casa et res massaricias u. d. a Camuliano, qui regere videtur per Martino et Ruffo massari; secunda, cassina et res massaricias, in ipso l. u. d. a Camuliano, qui detinet Dominico massario; tertia, cassina, in ipso l. u. d. a Camuliano, qui detinuit qd. Iohanni; quarta, cassina u. d. in Plaiole, qui detinet Iohannes; quinta, casa u. d. Parecto, qui detinet Martino massario; sexta, casa et res massaricias u. d. a Debbio, qui detinet Petro; septima, fundamento ubi fuit cassina et res massaricias u. d. a Gunda, qui detinet Dominico; octava, fundamento ubi fuit cassina u. d. a Filecta, qui regere videtur per Dominico et g. suo. Et livell. nom. dediste nobis nonam portionem de medietatem de eccl. cui vocabulum est B. S. Angeli, qui est constructa in suprascripto l. et fin. Sugrominio u. d. Camiliano, pertinentes suprascripte kanonica S. Martini, cum nonam portionem de medietatem de onnia ex omnibus casis et cassinis seo casalinis ac terris et rebus qui ad suprascripta eccl. S. Angeli sunt pertinentibus. Et livell. nom. dediste nobis nonam portionem de medietatem de casalino, ubi fuit casa et res massaricias, in suprascripto l. et fin. Sugrominio u. d. a Piliano, pertinentes eccl. S. Martini, qui detinet Moronto. Et livell. nom. dediste nonam portionem de onnia ex omnibus casis et cassinis seo casalinis et terris et rebus in suprascripto l. et fin. Sugrominio et in l. et fin. Villa Bassirica, et in l. et fin. Lamari, et in l. et fin. Laviano, et in l. et fin. Marilia, adque in l. et fin. Ruchi et infra comitato et territorio Luc. et in eorum fin., pertinentes eccl. S. Martini, qui nos gg. per offerisionis cartula dedimus ad suprascripta eccl. et kanonica. Dediste, ut da anmodum in nostra vel de nostris erediibus sin potestatem eas abendi et usumfructuandi. Vobis vel ad subcessoribus vestris per onnem mense iul., etcepto isto mense iul. ubi modo sumus, rendere debeamus a pars suprascripta ka(no)nica, arg. den. LX de moneta de Luca, si vos recipere volueritis. Pena:

arg. libr. xx. Duo libelli. Act. Luca. S. m. Carboni et Vuillielmi. S. m. Bonoti da Sancto Romano f. b. m. Beriti t. S. m. Vuidi f. b. m. Benni t. S. m. Saracini f. b. m. Benedicti t. Paulus not. sacri pal.

*Originale*: I. 80.

<sup>1</sup> nonam è scritto su rasura.

377.

*Lucca, 5 agosto 1071.*

A. MLXXI, non. aug., ind. IX. Manifesti sumus nos Bonus<sup>1</sup> cl. f. b. m. Algoti, q. fuit ex genere Alamannorum, et Sasso f. Iohanni, genitor meus michi comsentientes et subter confirmantes, quia vos Blancardus archid. et Lambertus archipresb. seu Bardus cl. et primicerius atque Gaudius presb. et cantor kanonici et ordinarii de eccl. S. Martini de piscopatam Luc., una per consensum de alii presb. et diac. seu cl. comfratribus vestris, per cartula livell. nom. ad censum perexolv. dediste nobis duas petiis de terris, quod sunt campora; una esse videtur in l. et fin. Tempaniano, tenentes: uno capo in via publica, alio in terra de filii qd. Sigefredi<sup>2</sup> et in terra qd. Grimaldi de predicto l. Tempaniano, lato uno in terra et campo Ildebramdi f. b. m. Agimi et in terra de filii suprascripti qd. Sigifridi, alio in terra regi; que est ad pert. mensuratas sist. XLII; secunda in l. et fin. u. d. a Sancto Prosperio prope supradicto Tempaniano et nocupatur a Felicaio, tenentes; uno capo \* \*, uno lato \* \* qd. Heriti,<sup>3</sup> alio capo in terra qd. Gherardi, q. fuit iudex, alio lato in terra S. Alexandrii et predicti S. Martini; que est ad pert. mensuratas sist. XVIII. Nobis eas dediste, ut im nostra vel de nostris heredibus sin potestatem eas abendi et usumfructuandi. Vobis vel ad successoribus vestris per omnem memse ian. remdere debeamus, ie civ. Luc. ad partem canonice S. Martini, per nos aut per aliquis ex nobis, vobis vel ad aliquis ex vobis, arg. den. de moneta de Luca sol. VII, duodecim den. per sing. sol. rationatos. Pena: arg. libr. xx. (Unus) libellus. Act. Lu[ca]. Bonus cl. ss. S. m. Sassi. S. m. Iohanni genitor ipsius Sassi comsentientes. S. m. Sa[racin]i f. b. m. Boniti Buccla t. S. m. Iohanni da Sancta Maria in Via f. b. m. \* \* t. S. m. Cighi f. Porcelli t. [Robertus not.] imp.<sup>4</sup>

*Originale*: H. 137; *Regestum A*, c. 12 v. Cf. i regesti nn. 371, 372.

<sup>1</sup> Nel Reg. A: De predicto Bono fuerunt Uguiccone et Bene et Ildebrandus. <sup>2</sup> Nel Reg. A: de quo fuerunt filii Tempagnini <sup>3</sup> Nel Reg. A: idest Gerardingorum <sup>4</sup> Il nome del not. si legge nella corroboratio.

378.

*Lucca, 29 Ottobre 1071.*

A. MLXXI, IV kal. nov., ind. X. Ego Bonadonna mulier Lei de filio b. m. Omici et filia b. m. Baronci, consentientes mihi

vir meus, ubi interesse videtur notitia Seniorecti iudex sacri pal., ad quibus interrogata sum sequenter edicti paginam, per anc cartula vindo et trado tibi Barone f. b. m. Petri una petia de terra mea, quod est campo, in l. et fin. Picciorano u. d. in Aglo, tenentes: uno capo cum uno lato in terra, qui detinet Pagono<sup>1</sup> qd. Roldandi, alio capo in terra Boni cl. qd. Algoti, alio lato in terra Omici et de consortibus suis. Est ad pert. mensuratas sist. XI. Recepit meritum, annulo uno de auro pro sol. LX. Pena dupli. Act. Luca. S. m. Buonedonne. S. m. Lei viro ipsee Bonedonne consentientes. Seniorectus iudex sacri pal. interfui. S. m. Singnorecti f. b. m. Dominichi, q. voc. Maltaccio, t. S. m. Teudici f. b. m. Alboni t. S. m. Buonii f. b. m. Ceci, q. fuit faber, t. Glamdulfus not. imp.

*Originale*: E. 164.

<sup>1</sup> Così l'originale.

379.

Lucca, 29 Ottobre 1071.

A. MLXXI, IV kal. nov., ind. x. Nos Leo f. b. m. Omici et Buonadonna iugalibus filia b. m. Barongi, quia tu Barone f. b. m. Petri dedisti nobis meritum, annulo uno de auro pro sol. LX, ego Buonadonna consentientes mihi vir meus, per anc paginam repromittimus tibi, ut numquam non abeamus potestatem intemtionare neque molestare nulla de una petia de terra tua, quod est campo, in l. et fin. Picciorano u. d. in Aglo, quas tibi per cartula Glamdulfus not. imp. ex comparationem obveni ad me ipsa Buonadonna, consentientes mihi vir meus, et notitia Seniorecti iudex sacri pal. Pena: arg. libr. x. Act. Luca. S. m. Lei et Buonedonne, Leo eidem conius sua consensi. S. m. Singnorecti f. b. m. Dominichi, q. voc. Maltaccio, t. S. m. Teudici f. b. m. Alboni t. S. m. Buonii f. b. m. Ceci, q. fuit faber, t. Glamdulfus not. imp.

*Originale*: E. 162.

380.

1071.

« Offersio Rustici qd. Bonii<sup>1</sup> canonice S. Martini deibus petiis terrarum, que sunt prope pontem Lei Buçi et prope Tumbam de Selce S. Petri; quarum una tenet: caput in via publica, alterum in terra S. Pontiani, latus in terra qd. Boni, alterum in terra S. Salvatoris de Cantignano.<sup>2</sup> Secunda tenet: caput in via publica, alterum cum ambobus lateribus in terra filiorum predicti Boni; q. due petie sunt cultra una. A. Domini MLXXI ».

*Regestum A, c. 31 e c. 42 v.*

<sup>1</sup> Il Reg. a c. 42 v ha: Offersio • • qd. Bonii et eius uxore, etc. <sup>2</sup> Il ms. aggiunge: Hanc habet modo campanile nostrum per venditionem a nobis, quia vicimus eam S. Pontiano.

381.

1071.

« Offersio ab Ingerrada uxore Bellomi filia Sighifredi iudicis, canonice S. Martini de medietate unius petie in Ponteferrato, que est cultre duo et medietas; q. tenet: caput in via publica, alterum in terra Guidi qd. Cunithi et consortium, latus in terra, quam sibi reservavit, et in terra viri sui, alterum in terra Matti cl. A. Domini MLXXI ».

*Regestum A, c. 16 v.*

382.

1071.

« Offersio a Saracino et Gerardo gg. qd. Bonithi de una petia terre in Tempagnano u. d. Campus di Bacina, que est star. v et dimidium; que tenet: caput in via publica, alterum in terra Gerardi, latus in terra de filiis Enrighi, alterum in terra donni regis. (A.) MLXXI° ».

*Regestum A, c. 12 v.*

383.

*Clanni, 18 Febbraio 1072.*

A. MLXXII, XII kal. mar., ind. x. Ego Kadulo f. b. m. Vuidi per hanc cartula pro anime mee remedio iudico adque confirmo in potestate vestra Teberga genitrice mea et filia b. m. Sigefredi, et Ildebrando g. meo et Lanbertus archipresb. et Blamcardus archid. fratribus ff. b. m. Berte adque Gottifridi not., q. Morecto v., f. b. m. Gottifridi, q. fuit iudex, q. Boddo voc., omnia ex omnibus casis et castellis seo rocchis adque ecclesis simulque terris et rebus meis cum movilias et familias, cartule et moniminas, nutriminibus maioris vel minoris, quantis ad me post meum obitum non dati aut non iudicati remanserunt, casis et rebus donicatis quam et massariciis, tan servis quam et ancillis, nutriminibus ubicumque abere visu sum et michi per quacumque ordine legibus est pertinentes, aut pertinere debentur; etscepto et antepono casis et terris seo rebus, quam abeo in l. et fin. Casabasciana, et meam portionem de castello, qui d. Mammule, sicut circumdato est a mura et a fossa. Aliis omnibus iudicare videor, ut post meum obitum in vestra tan totis insimul, quam et quis ex vobis q. hunc iudicatum pre manibus abuerit, vel de vestris eredibus sint potestatem eas abendi, seo vendendi, dispensandi et iterum iudicandi. Et si ullus de eredibus meis vobis in aliquod intemtionaverint, tunc volo et ublico ut sit composituros ille heredes meos de suprascriptis casis et castellis etc. in duplum. Act. in l. et fin. Clanni, foris castello de suprascripto l. Clanni. S. m. Kaduli. Gerardus iudex sacri pal. ss. Baldiccio t. ss. Boddus t. ss. Petrus t. ss. Raineri not. imp.

*Copia del sec. XI, di Paulus not. sacri pal.: F. 116.*